

40





40

Par  
155

1529  
39-1-7

COM<sup>3</sup>MENTA-  
RIVS PVE-  
RORVM

DE

*Latinae Linguae Elegantia  
& Varietate.*

*Qui, De corrupti sermonis Emendatione  
hactenus inscriptus fuit. Autho-  
re Maturino Corderio.*

*Cum Hispanica interpretatione.*



LUGDVNI,  
Apud Ioannem Frellonium.

1551.

*J. de Miranda*

COMMITTEE  
REVISED  
FORM

DE  
The following is a list of  
the names of the members  
of the committee  
appointed to investigate  
the conditions of the  
schools in the city of  
Madrid.



1902  
Ayuntamiento de Madrid



MATVRINVS  
CORDERIVS

LECTORI BE-

NEVOLO

S. D.



VDEBAT me aliquando li-  
brum de corrupti sermonis  
emendatione in uulgus edi-  
disse (tametsi ad oppugnandam barbariem, & tuendam pro uirili parte Latinæ linguæ integritatem, id bona fide fecerim) atque adeò libenter egomet omnino deleuissem: nisi me de hoc ipso conquerentem complures uiri grauissimi sæpe, multúmque obiurgassent, & mihi suo iure quasi silentium indixissent. Aiebant enim id operis esse eiusmodi, quod bonis uiris, etiam doctissimis, non displiceret: propterea quòd ea res non modò uiam dederat plerisque adolescentulis ad Latinè loquendum, sed etiam multos puerorum

## LECTORI

doctores admonuerat , ut cautiores ac diligentiores essent in corrigendis loquendi uitiis , quibus ipsi à prima ætate assuescunt pueri : nisi præceptorum sedulitate atque diligentia huic malo statim occurratur. Hæc , & alia quædam afferebant amici , quibus rebus me ab illa sententia, id est, ipsius editionis poenitentia deducerent. Verùm in libelli nostri lectione unū esse hoc malum permulti affirmabant, quòd pueri (ut natura in deteriore partem ferè proni sumus) ridendi ac iocandi studio & libentiùs, & sæpius, in legendo corrupto sermone & Barbaris loquutionibus , quàm Latinis ediscendis, sese oblectarent. Ex quo fieri dicebant, ut nonnulli formandæ inuentutis magistri, discipulos omnino prohiberent ab eius libri lectione : uidelicet ne sermonis uitiis , quæ nondum audierant , semel in tenera ætate imbuti , ea uix unquam postea

## B E N E V O L O .

postea deponerent. Quòd si barbarus ille & corruptus sermo è toto libro tolleretur, nihil ad puerorum utilitatem, magis aptum, magisque accommodatum fore. Hoc igitur ut facerem, quum sæpenumero rogatus essem, & tamen in eo diu hæsitassem, maximè ob ipsam libri inscriptionem, quæ necessariò immutanda esset: tandem victus quotidianis penè conuitiis, id concedendum putavi amicorum studiis, & consilio: maluique subire aliquam impudentiæ aut leuitatis reprehensionem, quàm animum pertinaciter offirmare, præsertim in re bona, & ad usum multorum uehementer pertinente. Itaque delétis omnibus illis uitiosi sermonis orationibus, quæ ubique Gallicis & Latinis præpositæ fuerant, totum opus reliqua ex parte integrum reliqui: & mutato, (ut res exigebat) aliquantulum titulo: quarto edendum permisi Roberto Ste-



L E C T O R I.

phano, cuius diligentia: atque industria non minus emendatè, quàm nitidè iam pridem puerorum manibus terebatur. Quam ob rem te oro obtestorque beneuole & candide Lector, ut hanc quartam editionem, quàm nec ultro, nec temerè suscepi, in bonam partem accipias: & à maleuolorum obtreccatione hac maximè sententia defendas,

Prudentis esse nonnunquam mu-

tare consilium: præsertim

ubi multorum com-

modis seruien-

dum sit.

Vale.

ADMON



ADMONITIO,  
ET QVASI QVAE-  
DAM PARASCEVE  
AD LIBRI HVIVS  
LECTIONEM.

**I**N hoc opusculo præcedunt sermonis Hispani formulæ: quibus in eundem sensum statim Latinæ respondent locutiones, ex optimis quibusque authoribus.

Variata sunt, citra affectionem, pleraque: ut magis confuleretur eruditioni puerorum. Hinc enim ad sermonem & uariandum, & locupletandum per multa petere licebit.

Subiectæ sunt sæpe Latinis formulis breuiusculæ expositiones: ut tenellis adhuc ingeniis satisfaceret. Eiusmodi expositiunculas ferè præcedit hoc signum)

Insunt obiter post illam supra dictam emendationem alia plurima non minus

A D M O N I T I O.

ad Latinè quoque loquendum pertinentia : cuiusmodi sunt complurium dictionum significationes adiectis exemplis , Latino & Hispanico sermone declaratae.

Vbicunque inuenies hoc nomen Varietas, id significat, ueluti quandam synonymiam : sed eam dúntaxat, quæ ad locum illum pertinere uidebatur. Cuius rei te admonitum uolui, ne fortè putares earum dictionum aut locutionum perpetuam esse synonymiam.

In Latinis sola contenti, quoad fieri potuit, linguæ proprietate, neque uerborum fucum, neque longas & obscuras periphrases (quales nonnulli ediderunt) affectauimus. Quid enim iucundius in quotidiano sermone, quàm perspicua breuitas?

Itaque in hoc nostro docendi genere figura ipsa loquendi humillima est, & citra ullam pompam aut ornatum  
simp

A D M O N I T I O.

simplicissima. Neque enim Rhetoricū artificium hīc docemus, sed communem quotidianūque sermonem: in quo sola puritas & elegantia requiritur. In artificiosis autem orationibus, præter hanc ipsam elegantiam, exigitur ornatus: qui longè aliud est, quàm elegantia. In hoc igitur opere solam eam sermonis simplicitatem secuti sumus, quam pueri ab initio doceri debent. Et de hoc quidem admonere placuit: quoniam fuerunt qui reprehenderit, quòd eiusmodi Latine loquendi formulas non scripserim ornatius: quasi in eo genere sit opus tanta ostentatione, & uerborum apparatu.

Formulas omnes in quosdam quasi communes locos, seu mauius capita, sic digessimus, ut suum quæque ueluti domicilium sibi uindicârit. Memineris tamen, eandem sæpe loquutionem uariis rebus accommodari posse: ne quis mi-



retur easdem formulas duobus inter-  
rim, pluribusue locis inueniri. Quin-  
etiam, nec temerè id quidem, multa  
passim interiecta sunt: quæ licet ad  
rem præsentem non attineant, ta-  
men ad demonstrandum ua-  
rium alicuius dictionis  
usum pueris haud  
parum con-  
ferre pos-  
sunt.

DE AC



DE ACCENTI-  
BUS ET NOTIS  
ADMONITIO.

Quoniam bona pars Latini sermonis consistit in rectè proferendo: idcirco, ut rectè pronuntiationi doceamus pueros assuescere, in plurimis dictionibus accentus notauimus: quorum notæ hæc sunt.

Accentus grauis.

à è ì ò ù. ) Signari solet in fine dictionum indeclinabilium, quæ declinatæ alibi reperiuntur: ut ferè, iustè, malè. Præterea in quibusdam præposiitionibus: ut cum dicis, à patre.

Acutus.

á é í ó ú ý æ œ. ) Hic ferè notatur aut in antepenultima, siue breui, siue longa, quoties breuius est penultima: ut, dóninus, amaueram: aut in penultima longa, cum longa quoque est ultima: ut legéruu.

Apponitur

DE ACCEN. ET NOT. ADMO.

Apponitur etiam syllabæ, quam statim sequitur enclitica dictio: ut, *Arma, uirumque. Hominesne, feræne. Oblitusne sui.*

Circumflexus.

â é î ô û. ) Hic nunquam ferè notatur, nisi in penultima, eaque longa naturaliter, breui tamen ultima: ut docère.

Aliæ notæ præter accentuum.

Longa syllaba,     ā ē ī ō ū.

Breuis syllaba,    ă ě ĩ ǫ ũ.

Apostrophus, est collisionis nota: ut, *Vidén', Aín', Egón'*: pro *Vidésne, Aísne, Egóne*,  
Hyphen, Virgula & subincurua, quæ supponitur fini unius dictionis, & principio alterius, quum coniungere eas volumus: ut, *de industria, ante malorum.*

CAPITA

CAPITA, SIVE LO-  
 CI COMMUNES TO-  
 TIVS OPERIS, OR-  
 dine literario.

|  |          |  |     |
|--|----------|--|-----|
| Admonēdi, Repre-<br>hendendi, & ob-<br>iurgandi formu-<br>læ | Pagi. 1. | Cedendi, Conce-<br>dendi, Obsequen-<br>di        | 78  |
| Aduerbia   | 18       | Cognoscendi, Intel-<br>ligendi, Ignoran-<br>di   | 84  |
| Aduersandi, Prohi-<br>bendi, Fauendi                         | 51       | Confabulandi                                     | 89  |
| Amoris & odij  | 59       | Conquerendi de in-<br>iuria                      | 104 |
| Beneficiorum, Offi-<br>ciorum, & Grati-<br>ficandi           | 63       | Contrahendi                                      | 110 |
| Beneficiorū recor-<br>datio                                  | 66       | Copiæ & Inopiæ<br>pag.                           | 126 |
| Capere & Accipe-<br>re                                       | 69       | Ad corpus pertinē-<br>tes formulæ                | 130 |
| Carêre   | 75       | Corporis malè affe-<br>cti formulæ               | 138 |
|  |          | Ad corporis orna-<br>tū pertinentes for-<br>mulæ |     |



|                    |     |                    |        |
|--------------------|-----|--------------------|--------|
| mulæ               | 146 | ad Grāmatices ru-  |        |
| Curæ, Sollicitudi- |     | dimenta pertinen-  |        |
| nis, Timoris, Ne-  |     | tes formulæ        | 285    |
| gligentiaë         | 153 | Gratulandi         | 300    |
| Dare               | 158 | Habere             | 302    |
| Decernendi         | 163 |                    |        |
| Dicere, Loqui      | 107 | Ineptiaë pueriles  | 317    |
| Discordiaë         | 178 | Interrogandi       | 321    |
| Disputandi         | 181 | ad Ius pertinentes |        |
|                    |     | formulæ            | 348    |
| Epulandi           | 189 | Laudandi           | 356    |
| Eundi, Abeundi &   |     | Ludendi            | 365    |
| Redeundi           | 211 | Ludus pilæ palma-  |        |
| Excusandi          | 224 | riaë               | 528    |
| Expostulandi       | 227 | Mādandi, Iubendi,  |        |
| Facere             | 233 | Præcipiendi        | 383    |
| Fortunaë vtriusque |     | Memoriaë & Recor-  |        |
| pag.               | 277 | dationis           | 388    |
|                    |     | Minandi            | 389    |
| Gaudij & doloris   |     | Oportet            | 397    |
| pag.               | 281 |                    | Perfua |



|                               |     |   |     |
|-------------------------------|-----|---|-----|
| Perſuaſionis & Opi<br>nionis  | 402 | ad Rem pertinen-<br>tia, & non perti-<br>nentia | 436 |
| Petendi, & Oran-<br>di        | 406 | Sperandi & Deſpe-<br>randi                      | 441 |
| Pœnitentiæ, ac De-<br>ſyderij | 411 | Studij, Laboris, In-<br>dustriae                | 443 |
| Ponere                        | 413 | Temporis  | 450 |
| Pretij                        | 418 | Tenere  | 456 |
| Promittendi                   | 420 | Vituperandi                                     | 464 |
| Prouerbia                     | 478 | Voluptatis                                      | 474 |
| Puniendi                      | 423 |   |     |
| Religionis                    | 428 |   |     |

*A D M I N V S C A N-  
didum Lectorem.*

*Cur ducis vultus, & non legis iſta libenter?  
Non tibi, ſed paruis, iſta legenda dedi.*



I

DE CORRUPTI  
SERMONIS EMEN-  
DATIONE.

Admonendi, Reprehendendi, &  
Obiurgandi formula.

CAPVT PRIMVM.



**P**ARESCIO ME bien auifarte deste  
negocio, o hazerte lo saber.  
*Putauit ea de re te esse admonendum.*  
*Eius rei te admonendum existimauit.*  
*Existimauit faciendum esse, ut de hoc te ada-*  
*monerem.*

*Visum est mihi, de re illa te admonere.*

*Visum est, ut de hac re te commonerem.*

*Visum est ut de hac re te facerem certiozem.*

*Placuit mihi, de hoc te commonefacere.*

*Id existimauit faciendum esse. uel,*

*Existimauit me oportere id facere. Parefciome que de-*  
*uia hazer esto. Omnia ex Cicerone.*

*Admonere, Commonere, Commonefacere. Auifar,*  
*Amonestâr.*

*Et hac iunguntur etiam genitiuo.*

*Admonuit me errati. Amonestóme de mi yerro.*

*Commoneo te officij. Yo te auifo de lo que as de*  
*hazer.*

A



Admoneto me promissi mei. Haz que me acuerde de lo que prometi.

No ay apariencia, no ay razon ninguna.

*Nulla hic est equitas.*)

Hic, id est, in hac re.

*Nulla est in hoc species equitatis.*

*Nullum in hac re est equitatis argumentum.*

*Ne in speciem quidem istud uidetur equum.*

*Ne colorem quidem equi boni hoc habet.*

Ni solamente tiene esto semejança, o color de iusticia.

En esto no ay razon, ni igualdad alguna.

*In ea re nihil omnino est equitatis.*

*Aequum bonum sine coniunctione dici solet, pro eo quod est, equum & bonum.*

*Aequum bonum.* Se dice en Español, la razon, lo que es iusto, e igual.

No puedo alcançar del cosa iusta.

*Nihil possum equi bonique ab eo impetrare.*

Ay grande señal dello, o grande muestra.

*Magna est rei significatio.*) *Rei, sub. eius.*

*Magnum signum.*) *sub. est. Terentius.*

*Magnum argumentum.*) *sub. est.*

*Magnum indicium.*) *sub. est.*

*Satis est signi. hoc est, Res est satis perspicua, & euidentis.*

La cosa es assaz euidente, y clara. Ex Terentio.

Que sea anzi ay grandes señales.

*Magnum signum est ita esse.*

*Satis est euidentis argumentum rem sic esse.*

*Satis apparet rem sic habere.*) *sub. se.*

Quid

*Quid clarius? Quid euidentius?*

*Signa sunt illi ad salutem omnia.*

Todas las señales le son de sanidad, que es, Partecer que esta muy bueno. Ex Terentio.

Espera, aun no oyste lo peor.

*Manc, nondum audisti quod est grauissimum. Terentius.*

Apercibete contra todo acontecimiento.

*Prepara te ipsum in omnem euentum, id est, Quicquid euenire debeat.*

Cicero, *Omnibus in rebus adhibenda est preparatio diligens.* Es menester en todas las cosas proueer con diligencia.

Guardate de aquel. que es, Mira que no te engañe, o no te haga algun otro desplacer.

*Cave illum.*

*Cave tibi ab illo.*

Horatius, *Huic tu Romane caueo.*

*Cave ab illo.) sub. Tibi.*

*Tibi est ab illo cauendum.*

*Si sapias, illum cauebis.* Si eres discreto guardarte as de aquel.

Mira por ti, y guarda te.

*Cave tibi.*

*Qui sapiet, cauebit sibi.* Quien fuere sabio guarda sea.

Huyr del peligro.

*Cauere periculum.*

*Vitare discrimen.*

*Declinare periculum.*

*Quod cauere possis, stultum est admittere.*

De loco es encurrir en el mal que puedes huyr.  
Terentius.

Para mientes que no te engañe.

*Cave fallaris.*

*Cave ne fallaris.*

Mira que no seas engañado.

*Vide ne decipiaris.*) id est, *Cave.*

*Cave, tibi imponatur.*) *Hoc est, ne quis tibi imponat. uel, te decipiat.*

Guardate de hazer tal cosa.

*Cave id feceris.*

*Cave istud facias.*

*Cave ne feceris.*) sub. *illud.*

*Vide ne feceris.*) sub. *id, uel illud.*

Este passo de Ciceron esta corruto.

*Mutilatus est hic Ciceronis locus.*

*Cicero hic deprauatus est.*) *Hic, id est, In hoc loco.*

*Corruptus est in hoc loco Cicero.*

*Hic locus menda non caret.* Este lugar no carece de mentira, o error. En este lugar ay viçio.

*Varietas. Hec menda. Hoc mendam.*

Este libro esta todo lleno de faltas y mentiras.

*Hic liber omnino mendosus est.*) id est, *Mendis plenus.*

*Codex iste mendis scatet.*) id est, *Abundat.*

*Hoc uolumen refertum est mendis.*

*Erratis propemodum innumeris respersus est.*

Emienda los errores de tu libro.

*Emenda tuum codicem.*

*Expunge mendas tui codicis.*

*Corrige mendas tui libri.*

En tu



En tu libro he emendado vna falta.

*Correxi mendam in libro tuo.*

Este libro esta muy emendado.

*Hic liber est emendatissimus.*

*Integerrimus est hic codex.) id est, Maxime syncerus.*

No es prouecho tuyo.

*E re tua non est.) Sub. Illud.*

No es este my prouecho,

No es esto lo que yo busco.

Para mientes a esto.

*Huc attende.*

*Huc aduerte.*

*Hoc age.) id est, Huic rei attende.*

*Omnibus omisis, hoc unum age.* Dexadas todas las

otras cosas a parte, pon tu principal intēto en esto.

Mira bien lo que dizes.

*Aduerte quid dicas.*

*Varietas. Aduerte, animaduerte, attende, uide.*

*Attentē audi, quid ille dicat tibi.* Esta atento a lo que

te dira.

*Age negotium tuum.* Mira bien por tu negoçio.

*Agere, pro attendere. Ex Plauto & Terentio.*

*Cogita quid sis dicturus.) id est, meditare.*

Piença en lo que as de dezir.

*Inter loquendum, quid, cui dicas, uide.) Hoc est, Attende*

*quid dicas, & cui dicas.* Quando hablares, mira con

quien, y lo que hablas.

Mira en quien te fias.

*Vide cui fidat.*

*Hoc est, Vide qualis sit ille cui uis fidere.*

Yo veo bien con quien tengo que hazer.

*Video, quócum sit mihi negotium.*

*Quócum res mihi habeatur, satis intelligo.)*

*Quócum, siue Quicum: Id est, Cum quo.*

Mira lo que hazes. Mira bien lo que quieres hazer.

*Vide quid agas.) Id est, Quid agere uelis.*

*Vide quam rem agas. Hoc est diligenter considera quid sis acturus: ne te in periculum conijcias.*

*Vide ne me in periculum conijcias. Guarda te de me poner en peligro.*

*Vide quo me inducas. Pro eodem apud Terentium. Guarda te que hablando no te turbes.*

*Vide que so, ne loquendo bareas.) Vide Id est, Cave. Ex Cicerone.*

Guarda te que hablando no bambanees.

*Cave ne loquendo titubes.*

*Titubare, Bambanear. como haze vn borracho, o un enfermo.*

*Titubant illi pedes. Los pies le andan bambaneado.*

*Toto corpore titubat. Caese todo no se puede tener en pies.*

*Tartamudéa. Lingua illi titubat. Ut si quis dicat, dododominus te te tecum: pro dominus tecum.*

*Titubantia oris, uel titubantia lingue. Es vicio de la lengua de variar hablado, y no poder bien pronunciar.*

*Vitellius imperator filium habuit titubantia oris propè muton & elinguem.*

Que era casi mudo a causa deste vicio de la lengua. *Author Suetonius.*

Vnos te buscan.

*Quidam*

*Quidam te querunt. Quidam te uolunt.)* sub. *Conuenire.*

Vnos quieren hablar contigo.

*Quidam te conuentum uolunt.)* *Conuentum:* sub. *Esse: id est, Conuenire. Sic loquuntur Plautus & Terentius.*

Vno te demanda, y busca.

Tu quæreris à quodam.

*Quidam te uult conuenire.)* id est, *alloqui.*

Nescio quis te uult alloqui.

Ay alguno que me busco?

Eq̄uis me quæsiuit?

*Nunquus me uoluit.)* sub. *Conuenire, uel alloqui.*

*Eq̄uis & nunquus: Id est. An quis an quisquam, an aliquis.*

Tu Hermano te uino a buscar.

*Frater uenit te accersitum.*

Soy llamado a casa, *Accersor domum.*

*Accersor à patre.* Mi padre me demanda, Esa faber me embia a buscar.

Mi regente, o maestro quiere hablar vn poco con vos.

*Pav̄ is te uult præceptor meus.)* sub. *Verbis conuenire, uel alloqui.*

*Est quod te uelit didascalus noster.)* Hoc est,

*Aliquid est de quo te uult conuenire.*

A. Yo vi vno que te demandaua y pedia. v.

Adonde esta?

A. *Vidi quendam qui te quæreret. v. Vbi est ipse? Vbi is est?)* Posset etiam hic dici, ubi est ille, sed magis proprie, ubi est ipse?

*Non sum ille.)* sub. *Quem dicis.* Yo no soy.

*Martialis, Ille ego sum, leporem qui tibi dente ferit.*



A la puerta te espera.

*Te ad ianuam expectat.*

*Ad fores te operitur.*

*Pro foribus te expectat. Pro foribus, id est, Ante fores.*

Mañana aura congregacion, o allegamiento publico.

*Cras habebitur concio.*

*Craftino die erit concio.*

*Varietas. Erit. Futura est.*

Es menester que mañana nos hallemos todos en la sala a seys horas.

*Cras hora sexta nobis omnibus in triclinium conueniendum est.*

Yo te quiero hablar de cosas de veras.

*Volo rem seriam tecum agere. id est, De re seria tecum tractare.*

*Velim de re seria te conuenire.*

Escucha, no es cosa de burla.

*Ausculta, seria res est. id est, Non est res ludicra.*

Tu arrastras tu ropa.

*Per terram trahis togam.*

*Toga tua uerit humum,*

*Radius humum lacinia toge.)*

*Lacinia, El borde y cabo de la ropa.*

Traher ropa larga con cola arrastrando. *Trahere togam. Varro apud Nonium in uerbo Promittere. Qui cum erant in Graecia promissa coma, rasa barba, pallia trahentes.*

Alça tu ropa.

*Attolle togam.*

Pedro

Pedro a gastado tu hermano y puestlo en malas costumbres.

*Petrus fratris tui mores corrupit.*

*Fratrem tuum deprauauit.*

*Pellexit eum ad malam frugem.*

*Abduxit illum ad nequitiam. id est, Ad malam frugem.*

Truxolo à uellaquerias, y a perdicion.

Qualquiera cosa que yo hago, aquel la deshaze, y destruye.

*Quicquid ego facio, ille destruit.*

Hendamos el leño con las cuñas. *Findamus lignum. Scindamus lignum cuneis. Virg. cuneis & fissile robur Scinditur. Idem. Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.*

*Hoc lignum fissile est. Este leño es facil de hender.*

*Hoc lignum est nodosum. Este leño esta lleno de nudos, y es malo de hender.*

*Hoc lignum prauum est. Este leño es tuerto. Nam rectum & prauum contraria sunt. ut Via recta. Vn camino derecho.*

*Via praua. Camino que no va derecho.*

*Via transversa. Vn camino que va a trauesado.*

Camino a costado a yn lado del derecho camino.

*Via obliqua.*

Procedamos a las otras cosas.

*Ad reliqua progrediamur.*

*Pergamus ad reliqua. Reliqua, absolute dictum.*

No miras por ti, ni por tu salud.

*Non parcas tibi.*

*Nullam habes ualitudinis rationem.*

*Nulla est tibi cura ualeitudinis.*

*Non te conseruas.*

*Non curas tuam ualeitudinem.*

*Non te respicis.* No tienes piedad de ti. No se te da nada por ti. Tu te matas trabajando. Quieres te matar a ti mismo?

*Non te respicis? ) Hoc est, Non te miseret tui? Terentius.*

*Consulendum tibi est ualeitudini.* Deues mirar por tu salud, y sanidad. Deues tener cuydado y guarda. No dexas passar ningun tiempo. No cessas, no tomas descanso, ni passatiempo.

*Nullum remittis tempus. ) sub laboris. Terentius, Denique nullum remittis tempus, neque te respicis.*

Deues mirar por tu prouecho.

*Vilitatis ratio habenda tibi est.*

Es menester tener cuydado de tu sanidad.

*Habenda est ratio ualeitudinis.* Es necessario vsar de regimiento.

No se te da nada por tu honrra.

*Nullam habes tue dignitatis rationem.*

No se tuuo respecto de su pobreza.

*Paupertatis eius nulla est habita ratio.*

Vna grande carga tomaste a cargo.

*Duram cepisti prouinciam. ) Duram: id est, difficilem.*

*Prouinciam suscepisti duram et arduam.*

*Onus graue suscepisti. Cicero. Duras partes subijsti. ) id est, Onus graue ac difficile.*

Pregunta a quien querras.

*Interroga quemlibet. ) Hoc est, unum ex multis quencunque uoles.*

*Varietas.*



*Varietas. Quilibet. Quimis.* Non volens *Ve por orden; y regla con los otros.* No ha

*Incède ordine.) sub. Cum cæteris.* Incipit

*In seruis te cogē.* In seruis

*Inserere te cæterorum ordini. Incedunt ordine.* *Van por orden; y regla.* Inserunt

*Despauila tu candela: tu la dexas gastar, y derretir.*

*Empunge candelam tuam: totam finis liquefieri.* Empungit

*Liquefacta est candela mea. Mi candela es derretida.*

*No cuentes fabulas o mentiras. Noli fabulari.*

*No le muestres la voluptad que le tienes.*

*Nihil de tua erga illum uoluntate ostende. sub. illi.*

*A. No temas, el principal, o primario es ido fuera. n. Como lo sabes tu? A. Yo lo se cierto, por que le vi.*

*A. Ne timeat, præfectus iuit foras. n. Qui scis? Vnde id scis? A. Certo scio: quia uidi.) Præfectus: sub. noster, id est, Præfectus gymnasij, uel Præfectus gymnasio.*

*No temas, ten buen animo.*

*Varietas. Ne timeat, Bono sis animo.*

*Instruyele y enseñale que es lo que ha de responder.*

*Præmonstra doctis, quid respondeat.) id est. Quid respondere debeat. Potentialis est modus.*

*No escupas sobre mi.*

*Ne me conspuas.*

*Cauē me conspuas.*

*Noli me conspuere.*

*Noli, sepe est uentantis. Terent. Ne nega.*

*AM.*

*P A M. Suadere noli.*

No hazes que escupir, y gargajear. *Tu semper spuis. Nihil aliud quam sreat.*

*Screo Sreat, Gargajear. Spuo, Spuis, Idem.*

*Hic sreatus, huius sreatus, Gargajo.*

*Screatu me obtundis. Tu me quiebras la cabeza de tanto escupir y gargajear. Hoc sputum.*

*Sputo me inquinasti. Tu me ensuziaste con escopetina, escupisti sobre mi.*

*Cruorem expuit, uel, Saniem excreat. Escupe sangre. Hec sanies, huius saniei, sine plurali, id est. Sanguis corruptus.*

*Vna palabra dexaste.*

*Vnum uerbum prætermisisti.*

*Vna dictio tibi elapsa est.*

*Varietas. Elapsa est, Excidit.*

*Dexame passar.*

*Sine me transire.*

*Permitte ut transeam.*

*Da me, o haz me lugar.*

*Concede mihi transitum.*

*Cede mihi.*

No me da lugar de passar, o no me quiere dar passaje, o hazer camino.

*Negat mihi transitum.*

*Varietas. Negat, Dénegat.*

*Dexame beuer, o yo me ire a quejar de ti.*

*Sine me bibere, alioqui ibo questum de te.*

*Dexame acabar.*

*Sine perficiam. ) Sub. ut.*

*Sino*

*Sine me perficere.*

*Sine ut perficiam.*

*Varietas. Sine, Permitte.*

*Varietas. Perficere, Finire, Absoluere.*

*Dexale dezir. Sine illum dicere.*

Yo te ruego que dexes estas locuras, y necesidades.

*Omitte, queso, istas ineptias.*

*Mitte sis ista deliramenta.)*

*Mitte sis, ita dictum more antiquo, ut Vide sis, id est, Si uis,*

*& similia apud Comicos.*

Yo no quiero que por amor de mi dexas de hazer tu prouecho.

*Nolo tibi ullum commodum in me claudi. ) id est, Impediri.*

*Terentius. Nunquam uelim tuum commodum remorari. )*

*id est, Tardare. Nusquam, id est, Nulla in re.*

No es mas tiempo de dezir lo.

*De hoc nimis est seruum admonere.*

*De hac re commune facere iam non est integrum.*

*Integrum non est, id est, iam non est in potestate ut fiat.*

De balde lo dizes, o me amonestas

*Me frustra mones,*

*Frustra suades: non enim persuadebis.*

En balde me amonestas, porque no me lo haras creer.

*Frustra canis. Sordo canis ) Vtrumque prouerbiale est.*

Por demas das bozes.

*Frustra clamas. Salustius. Frustra legati discessere. ) id est,*

*Re infecta. Sin hazer nada, o sin auer hecho nada.*

No aprouecha nada el amonestarle.

*Frustra monetur.*

Verba



*Verba sunt mortuo. Surdo verba sunt. utrumque est pro-  
uerbiale.*

No se aprouechara nada en se lo dezir.

*Apud eum nihil admonitione proficias. ) Nihil proficias, id  
est, Nihil proficere poteris. Modus potentialis.*

*Esse si aduocet, frustra in sumas operam.*

*Profuit tibi admonitio tua. Vuestro consejo, y amo-  
nestacion me ha aprouechado, y sido buena.*

Pordemas ie lo digo muchas vezs, que no  
te mueue cosa ninguna.

*Frustra hoc idem tibi repeto: nihil moueris.*

*Hoc subinde tibi frustra inculco, quia contemnis.*

*Subinde & idem tibi, pro eodem accipiuntur: id est, Fre-  
quenter, & quasi per interualla.*

Amonestame quanto quiesieres, que yo no lo  
hare.

*Suade quantum uoles: non faciam tamen. ) sub. Id quod sua-  
des.*

*Frustramones: non enim faciam.*

Tengo hastio de tu ignoꝛancia, y poco saber.

*Tue me tædet ignorantie.*

*Varietas. Ignorantia, Inscitia, Imperitia.*

*Inter ignorantiam & ignorationem differentia.*

Por ignoꝛancia erro, o cayo en falta. *Ignoran-  
tia lapsus est. Id est. Per ignorantiam.*

Por no saber tu aposento no te fuy auer, y salu-  
dar.

*Ignoratione diuersorij tui, non tui te salutatum. ) Hoc est,*

*Propter ignoracionem tui diuersorij: nempe, quia igno-  
rabatur à me tuum diuersorium. Hic non recte dixeris,*

*Ignor*

*Ignorantiam. Nam ignorantio passiuè accipitur: ignorantia autem actiuè.*

Por esta cosa seras muy bien castigado.

*De hac re grauissimè pleclêris. id est. Puniêris.*

*Hanc ob rem malè mulclaberis.*

*Ob eam rem in te animaduertetur.*

*Istius temeritatis pœnas dabis acerbissimas.*

Tu pagaras esta tu locura.)

*Temeritas: id est, Quicquid temerè fit.* Todo lo que se haze sin mirar porque razon, o a que fin y proposito.

*Satis magnas dedit pœnas.* Harto ha sido castigado.

*Quintilianus in declamationibus.*

*Varietas. Dabis pœnas, Lues pœnas.*

Tu seras desto reprehendido, o esto te tendran a mal. *Illud tibi uitio dabitur.*

*Hoc tibi uertetur uitio.*

*Hoc tibi in uitium uertetur. Istud crimini dabitur.*

*Istud tibi uertetur in crimen.*

*Nolo id mihi uitio dari.* Yo no quiero que esto me sea reprehendido.

*Varietas. Vitio dari, In crimen uerti.*

Ay peligro, o peligro corre, que no sea disfamado.

*In dubium uenit eius fama.*

*Varietas. Venit in dubium, Venit in discrimen. Periclitatur. Luitus. In dubium imperij, seruatiq; aleam imus.*

Nosotros nos ponemos en auentura de ser señores, o sujetos.

A. El maestro manda que vengas al general.

B. Yo lo quiero ansi.

A. Inbet

A. Iubet præceptor, te venire in auditorium.

B. Ita uolo.

Porque no barriste la camara.

Cur non uerristi solum cubiculi:

Cur non euerristi pauimentum.

Solum cubiculi, El suelo de la camara.

Hoc solum, soli. El suelo de vna casa. Pauimentum.

Verro, uerris, uerri, uersum, uerrere. Sic euerro.

Porque le hazes mal? no te enoja.

Cur tu istum ladis. Non te irritat.

Varietas, Irritat, Lacesit, Prouocat iniuria.

Dexa me, no te demando nada.

Omitte me: non te lacesso.

Cierto tu eres bien malo que assi los tratas porque no te haze porque.

Cierto tu eres malo, o maluado.

Næ tu malignus es. Næ tu homo malus es. Plantus.

Professio iniquissimus es, qui sic illum trahes. Non enim te irritat. Nulla te prouocat iniuria.) Qui, pro uipote qui,

Tu eres bien uellaco de dar ansibozes.

Næ tu es improbus, qui sic uocifereris.

Professio malignus es, qui tam impudenter exclames.

Dio ponientura grandes bozes. An multum uociferatus est?

O este desuergonçado, no tiene verguença de hazer esto,

Hem impudens iste, ecquid ueretur id faceret?

No tienes razon de te vengar de tus aduersarios, o enemigos.

Iniurium est, te ulcisci aduersarios: uel inimicos.

Quando



Quando passaua el regente no te quitaste el bo-  
nete.

*Prætereunte præceptore, non aperuisti caput.*

Tu no estas atento a lo que digo.

*Non attendis.) sub. ad ea que dico.*

Non es attentus.

Non aduertis.

Non animaduertis.

Tu no hazes que contar fabulas mentiras.

*Tu uacuas fabulis.*

*Solis fabulis intentus es.*

*Nihil aliud quam fabularis.*

*Tantum garris.)*

*Hæc fabula, fabula.* Vn cuento que se dize por passar  
el tiempo.

*Fabulari. Confabulari.* Contar fablillas.

*Garrire, id est, ineptè loqui. Metaphora ab aubus, que pro-  
prie garrire dicuntur.*

*Hic garritus, huius garritus, uerbale nomen.*

*Esto no es para ti porque no te engañes.*

*Non tibi hoc habeo: nequid erres. Terentius.*

*Varietas. Ne erres. Ne frustra sis.*

*Non tibi habeo pecuniã. Yo non tẽgo para ti dineros.*

Yo te conozco bien, porque no te engañes.

*Novi probè animum tuum: nequid erres.*

*Bene te noui. Yo te conozco bien. Ex Cicerone.*

*Ego te intus & in cute noui. Yo se bien que hombre  
eres tu. Yo se bien que sabes tu hazer. Yo te  
conozco de dentro y de fuera. Ex Persio.*

*Novi te penitus. Yo te conozco muy bien, o muy*

mucho.

Tu te alabas mucho.

*Effers te insolentius.*) *sub. quàm deceat. uel quàm oporteat,*  
*id est, nimis insolenter, siue arroganter.*

*Nimia est tua iactatio.*

*Te nimium iactas.*

*Plus equo te iactitas,* *id est, plus quàm iustum sit, aut deceat.*

*Odiosa est tua iactantia.* Aborrescible y enojosa es tu alabança vana.

Ves aqui vna demanda loca, e indigna de hombre.

*Indigna homine quæstio.*) *sub. Est.*

Aquello no es digno que se dispute.

*Illud indignum est disputatione.*

*Non est ea res sermone digna.*

*Non est res digna memoratu,* *id est, dictu.*

Esto no vale el hablar dello, no es digno que hablen dello.

*Res est indigna relatu.* Cosa es indigna de contar.

*Auditu indignum.* *sub. est illud.* No es digno que se oyga.

## A D V E R B I A.

### C A P V T I I.

Yo vengo de abaxo. *Venio infernè.*

Y vengo de arriba. *Venio supernè*

Como vinièsse aqui el mensajero de nuestra tierra, fue despojado, y robado de los ladrones,

Ciam

Cum huc ueniret nostras nuntius, spoliatus est à latronibus.

Spoliare. Despojar.

Latro. ónis. Vn ladron. Et est masculini generis teste  
Phoca: licet alij commune esse dicant.

A quien oygo yo aqui, hablar?

Quem hic audio?) sub. loqui.

A quien he oydo aqui hablar?

Quem ego audiri loqui? Hic: sub. In proximo. Terentius.

Todo lo lleuo alla dentro.

Omnia intro abstulit.)

Aufero, aufers, abstuli, ablatum, auferre.

Quitar o lleuar de alguna parte.

Ven aca. Veni huc. Huc accede.

Toma alli lugar. Cape illhic locum.

Sientate alli. Sede illhic.

Sienta te ay a donde tu estas. Sede isthic.

A vn nose ha leuantado.

Nondiam surrexit.) sub. è lecto.

Non surrexit adhuc.

Esta a vn en la cama. Adhuc in lecto iacet.

Esta a vn acostado. Adhuc cubat.

Duerme a vn. Dormit adhuc.

No esa a vn despierto. Nondiam expergesactus est.

Le ya vn adelante. Recita ulterius.

Lege amplius. Perge legere. Lege ulterius.

Dilo a vn vna vez. Dic iterum.

Repitelo. Repete.) sub. id quod dixisti.

Repite o di otra vez esta palabra. Repete istud

uerbum. Itera eandem locutionem.

Dic rursus.) id est, iterum. Dic item semel.



Ay a vn vno. Est item unus.

A. Quantos estauan contigo? Quot aderant tecum?

B. Dos. Duo.

No a via a vn vno? A. Nonne item unus?

Quien mas? A. Qui adfuerunt?

B. Ioannes & Petrus, Quis item? ) sub. Adfuit.

Varietas. Quis item? Quis praeterca? Quis praeter illos?

Da me a vn, vn poco de tu pan.

Da insuper mihi paucillum tui panis.

Da mihi paululum. Dame vn poquitico.

Da mihi paucillum, uel. Da mihi paucillulum.

Dame vn poco mas. Da mihi plusculum.

Plusculum, diminutiuum a plus.

Parum, paulum, paululum, paucillum, paucillulum, aduerbia quantitatis.

Quomodo Latine utimur aduerbio ADHUC?

A vn esta en el camino. Adhuc est in via.

A vn estaua yo malo, quando te embie estas cartas.

Adhuc agrotabam, cion haec ad te dedi literas.

Yo aun no sabia nada. Adhuc ignoraueram. ) id est, haecenus.

A vn biue, Viuit adhuc.

A vn ay memoria desto, o dura aun. Durat adhuc huius rei memoria) id est, haecenus.

Tu mielle a vn esta verde.

Adhuc tua meßis in herba est. Ouidius.

Hasta agora. Adhuc: id est, Ad hoc usque tempus.

Otra vez hablaremos desto.

De hoc aliam agemus unam.

De hac

De hac re aliàs.) *sub. agemus, aut loquemur.*

Otra vez veremos esto, o sobre esto.

De hoc aliàs uidebimus.

Otra vez vendra. *Aliàs ueniet.*

A vn ayer vino. *Tantum uenit heri.*

A vn ayer llegó.

Hesternò die tantum aduenit.

Heri primò die aduenit.) *hoc est, nunquam antea uenerat.*

No ha mas de tres dias que vino. *Nudiusquartus uenit. Quarto abhinc die aduenit. Ante ayer vino.*

*Venit nudiusfertius.)*

*Nudiusfertius & nudiusquartus, aduerbia temporis.*

No ha mucho tiempo que vino.

*Non ita dudum uenit.*

No haze que llegar. *Tantum uenit.*

No hago sino llegar de casa. *Tantum domo uenio.)*  
*pro Reuenio: quo utuntur Plautus & Cicero.*

*Varietas. Venio, reuenio, redeo, reuertor.)*

*Reuenio, rarius est in usu, ideoque parcius utendum est.*

*Reuenire, propriè de loco dicitur, Hispanicè. Soluer,*  
 Tornar.

*Redire & reuerti, propriè ad locum. Tornar se de al-*  
 gun lugar.

*Est enim redire, rursus ire, iterum ire, & quasi itionem*  
*repetere. Sed hæc duo pro Reuenire, ferè usurpan-*  
*tur. Dicimus enim, Domum redijst: uel, Domum re-*  
*uersus est.*

Boluo a casa. *Item, Domo redijst: uel,*

*Domo reuersus est. Es buelto de casa.*

Mañana vendra.

*Cras ueniet.*

*Cras áderit.*

*Crástino die adueniet.)*

*Cur crastina die non rectè dicitur? Quia dies masculinum est, quoties id significat, quod Hispanicè dicitur dia. Pro hoc nomine tempus, est fœminini generis: ut Nulla dies te corrigit. En ningun tiempo te enmiendas.*

*No vino al tiempo determinado, y puesto.*

*Ad diem non uenit.) id est, ad tempus constitutum.*

*Por lo menos yo me ire mañana, es tanto dezir como por el mas tarde.*

*Cras ibo domum cùm tardissimè.*

*Yo me ire mañana, o des pues demañana al mas tardar. Crastino die domum concedam: aut ad suam perendie.*

*Lo mas presto que podra venir sera de aqui a tres meses.*

*Veniet intra menses treis cùm proximè.*

*Mi padre vendra despues de mañana.*

*Veniet perendie.*

*Dentro de tres dias estara aqui, o sera aqui.*

*Tertio die hic áderit.) id est intra tres dies.*

*Perendie, aduerbium temporis. Despues de mañana.*

*Luego vendra. Mox áderit. Mox ueniet.*

*Iam hic áderit. Statim, aduerbium temporis, hunc habet usum.*

*Luego que le ouiere hablado tornare, o enacabando de hablarle. Cùm primùm conuenero illum, statim reuertar.*

*Varietas. Statim, Continuò, Protinus,*

*Sed hoc postremum frequentius est apud Poetas.*

*Sunt*



*Sunt & alia synonyma: ut extemplo, confestim, ilico.*

*Sed in his & similibus opus est iudicio. Es menester discrecion y juicio por vfar bien destos dichos, y semejantes maneras de hablar.*

Luego en la ora vendre a'qui.

*Mox ego hac reuertar.*

*Iam hic adero.) Mox aduerbium temporis.*

No hizo que entrar agora. *Modo introiuit.*

*Modo intrauit.*

*Vix dum ingressus est. A gran pena a vn es entrado.*

No haze que venir. *Modo uenit. Modo aduenit*

*Terentius, Modo introii. No hago fino entrar agora.*

*Nuper non ad horas refertur, sed uel ad paucos dies, uel ad paucos menses.*

Poco tiempo ha que vino. *Nuper uenit.) id est, à paucis diebus uel mensibus.*

*Nuper admodum uenit.) id est, Nuperrime.*

No ha mucho que se passo a biuir a esta vezindad.

*Nuper conuigrauit in hanc uiciniam.*

Agora llegas y vienes?

*Aduenis modo? id est, Tantumne aduenis?*

*Modo, pro tantum. Terentius.*

Dias ha que biuo aqui.

*Iam pridem hic habito.) Hic: id est, In hac domo.*

A. Poruétura ha mucho que moras en esta casa?

A. *An iam diu hanc habitas domum?*

B. Ha ya bien tres meses. B. *Iam tres menses.)*

*sub. Hanc domum habito.*

Ha ya año y medio. *Iam sesquiannum.*

Mas ha de vn año. *Annun & amplius.*

*Et amplius: pro eo quod est. Et eo amplius: hoc est, Amplius eo tempore.*

*Annos sexaginta natus es, aut plus eo. Eres de sesenta años, y mas. Ex Terentio.*

*Vn año y medio. Hic sesquiannus, huius sesquianni.*

*A. Quam pridem hic habitas? B. Duos annos, id est. Iam duo sunt anni.*

*A. Quanto ha que biues aqui? B. ha dos años.*

*Post duos annos. Despues de dos años. Quod barbare dicitur, De post duos annos.*

*Ante decem annos. Ha bien diez años, y mas.*

*Iam annuum hic egi tertium. Ha ya tres años que moro aqui.*

*Pridem. Mucho tiempo ha.*

*Non ita pridem. No ha mucho tiempo.*

*A. Ha mucho que el regente entró?*

*B. Ha bien vna hora.*

*A. Quandudum ingressus est preceptor?*

*B. Abhinc horam.*

*Abhinc semihoram. Ha media hora.*

*Ante sesquihoram. Ha hora y media.*

*Ha gran rato. Dudum. Quod ineptè dicitur, Satis diu est. No ha mucho. Non ita dudum, uel, Haud ita dudum, Quod rusticè dicunt, Non est nimis multum.*

*A. Quandudum hic expectas? Quanto ha que aqui esperas?*

*B. Ab hinc duas horas. Ha dos horas.*

*Post horam. Ha vna hora.*

*Post horæ quadrantem. Vn quarto de hora.*

Luego

Luego en la hora que la missa es acabada es menester que todos vayan al general.

*Statim finito sacro, in suam cuique auditorium conueniendum est.*) Finito sacro, id est. Statim ubi finitum est sacrum. uel, Statim postquam. Ablativus est absolutus.

Luego que es entrado el regente, demãda la liciõ  
*Statim ingressus præceptor, exigit prælectionem.*

*Varietas. Statim ingressus, Cum primium ingressus est, Vt primium intravit.) In singulis subauditur auditorium.*

El maestro vendra tarde, que es des pues que no es ya tiempo, o des pues de la hora. *Serò admodum ueniet. Serus ueniet præceptor.*

Veniste tarde, quiere dezir des pues de la hora, o quando no es ya tiempo.

*Serò uenisti, id est, post tempus. Tardè uenisti.) id est, lentè, aut lento gradu. Poco a poco y de tu esdacio ueniste. Fieri igitur potest, ut quis uenerit tardè, qui tamen ad tempus uenerit: Hoc est, qui non uenerit serò.*

*Cur tam serus ades?*) Porque vienes tam tarde? *Id est, Tam serò uenis.*

Es muy tarde. *Seruum est, uel, Serò est. Ex Gellio.*

A buen tiẽpo veniste, y a la hora que era menester  
*In tempore aduenisti.* A la mesma hora que era necessario, al mejor tiempo del mundo. *In ipso tempore.*

*Varietas. In tempore, Tempori, Per tempus. ex Teren.*

El maestro entrara bien tarde enel auditorio, o general,

*Præceptor serò intrabit.) sub. auditorium.*

*Serò ingredietur auditorium didascalus.*

El vino mucho tiempo despues de mi.



*Diu post me uenit. uel aduenit.*

A. Ven ami mañana de buena mañana y madrugada, mas guarda te que no faltes. B. No temas, no aura falta.

A. *Cras ad me uenito prima luce: sed audin' tu' caue fallas.*

B. *Tace: ego profecto non fallam.*

*Varietas. Tace. Ne timeas, Fac animo sis quieto ) .i. quiesce.*

*Noli esse sollicitus. No te penenada, no tomes cuida-  
do de nada. Ex Plauto. Leuantase bien de maña  
na, o al alborada.*

*Prima luce surgit e lecto.*

*Surgere solet primo mane.*

*Varietas. Primo mane, Bene mane, Multo mane.*

De buena mañana.

*Prima luce, id est. Ciam primum sol cepit lucefcere.*

*Sub auroram. En amanesciendo.*

En inuierno el se leuanta mucho ante del dia,  
enel estio des pues de emanecido.

*Hyeme surgit diu ante lucem: estate uero, à luce.) Id est. Post  
lucem. sub. surgit.*

No mora en esta ciudad mas.

*In hac urbe iam non habitat.*

Fuessa de sta ciudad, a morar fuera.

*Migravit ex hac urbe.*

No es mas de nuestre classe, y regla.

*Iam non est de nostra classe.*

*Defecit à nobis. Ya nos dexo.*

*Defciuit à nostro praeceptore.*

*Defciuit ad aliam classem.)*

*Defisco, defiscis, defcimi, defiscere, defciti: & Deficio, de-  
ficis,*

*ficis, defeci, deficere, defectum, proprie dicuntur, cum milites à suo duce discedunt, hoc est, cum illum deserunt.*

Quando los soldados dexan su capitan, y se allegan a otro.

No puedo mas estar aqui o ya me harto de estar en este lugar.

*Diutius hic diuare non possiam.*

*Ex Plauto & Terentio.*

*Hic nequeo perdurare.*

*Hunc locum diutius nequeo sustinere.*

Yo esto ya harto, y enhastiado desto.

*Iam me huius loci satietas cepit.*

*Huius rei me cepit satietas.*

*Satietas, hic pro te dio.*

Agora sabre que es.

*Nunc sciam, quid sit.*

*Quid scit, iam sciam.*

Yo me voy en este punto al maestro.

*Nunc adibo praeceptorem.*

*Iam adibo didascalum.*

Luego te lo dire.

*Mox dicam tibi.*

*Iam tibi dictum dabo.*

*Iam audies.*

*Iam scies.) Dictum dabo, sic dicimus, ut factum dabo, apud*

*Terentium.*

A. Porque no te levantas?

B. Ya me quiero levantar.

A. Cur non surgis?

B. Iam ita nolo.

Iam

*Iam idipsum uolo. Iam id meditor.*

*Iam istud paro. In his omnibus subaudi Facere.*

*Ya me aperejo a escriuir.*

*Iam paro scribere. Ad scribendum me paro.*

*Scripturæ me accingo. Accingor scripturæ: Id est, Ad scribendum me paro.*

*Ya taño, o fue tañida la campana de Sorbona.*

*Iam sonuit Sorbonæ tintinnabulum.*

*Iam Sorbona sonuit. ut sit continens pro contento: hoc est Sorbona, pro Sorbonæ tintinnabulo.*

*Hoc tintinnabulum, id quod unguo dicitur campana: Hispanice, Campana. Campanus, campana, campanum, derivatum est à Campania: quæ est pars Italiæ.*

*Aes campanum. Metal de que hazen las campanas.*

*Las campanas suenan. Sonant tintinnabula.*

*Tañen las campanas. Pulsantur tintinnabula.*

*A. Presta me dos sueldos. B. Cierro yo no puedo al presente.*

*A. Da mihi duos asses mutuo. B. Certè nunc non possunt.*

*No los tengo al presente. Non habeo in presentia.*

*Ya a mucho que piensa en hazer me daño.*

*In perniciem meam iandiu malè cogitat.*

*No ha mucho que passo aqui cerca a biuir.*

*Non diu huc commigravit. Id est, Non diu est quòd.*

*Es venido a morar aqui poco ha.*

*Nuper in hanc uiciniam demigravit.*

*Varietat. Non diu, Non ita pridem, Nuper, Nuperè rime.*

*De poco aca es nuestro vezino.*

*Non diu uicinus est noster. Sic loqui solet Plautus.*

Esto



Esto dixerat no ha mucho tiempo.

*Nuperrime hoc dixerat.*) hoc est, ante paucos dies.

*Proximè dixerat.*) id est, Vltimum fuerat quod dixerat.

Era lo posttero que dixerat.

*Varietas. Proximè, Nouissimè.*

Des pues que a esta villa vine, siempre he estado malo, o enfermo.

*Postquam in hanc urbem adueni, semper egrotavi.*

*Ex quo huc ueni, ne unum quidem diem habui prosperæ nati-  
tudinis.*) *Ex quo, id est, Ex eo tempore, ex quo: sub-  
tempore.*

Yo te ire à ver lo mas presto que yo podre.

*Visam te quam primum potero.*) *sub. id facere.*

*Quamprimum potero, dabo operam, ut te uideam.*

*Te, ut primum licebit, inuisam.*) *Ut primum licebit: sub. mihi:  
id est, Cùm primum potero id facere.*

*Latinum uerbū est uisitare: sed significat sepe uisere: hoc est,  
Frequenter uisum ire: quanquam Suetonius abasiue dixisse  
se uedetur uisitare pro uisere.*

Luego a la hora que tu tendras lugar, y espacio ven a mi.

*Venito ad me, cùm primum per otium licebit, uel, Cùm pri-  
mum tibi uocabit.*

Torna a mi luego que abras hecho.

*Redi ad me cùm primum negotium tuum confeceris. Cur hic  
non rectè ponitur Quamprimum? Quia Cùm primum duo  
uerba, eaque in diuersis membris, exigit: quamprimum ue-  
rò, unico uerbo contentum est. ut, Re perfecta ad me  
quamprimum reuertere. Despues que auras hecho  
buelue a mi luego.*

Tornate

Tornate luego. *Quantum primium reuertere.*

Luego que. *Cum primium.*

Luego. *Quantum primium.*

Luego que comence a entender, y saber fuy embiado a escuela.

*Cum primium sapere coepi, missus sum in gymnasium. Sape re: id est, Intelligere.*

Luego que sera venido, te lo hare saber.

*Cum primium uenerit, faciam te certiorum.*

*Varietas. Cum primium, Ut primium, Vbi primium, Statim ut, Simul ac.*

Nunca vi hombre mas loco que tu.

*Nunquam uidi te stultiorum quenquam.*

*Nunquam hominem stultiorum uidi. Sub. te, uel, quam tu.*

*Neminem uidi unquam te stultiorum.*

*Nemo adhuc mihi uisus est stultior, quam tu.*

*Stultiorum, quam te, uidi unquam neminem.*

Nunca vi hazer esto. *Id fieri nunquam uidi.*

Espera vn poco. *Expecta parumper.*

*PARVUM, est quantitatis aduerbium: PARVUM PER, temporis.*

Yo no he beuido mucho. *Parum bibi, id est, Non multum. Parum uini. Parum pecuniae: Id est, paulum uini, Parua pecunia.*

Calla vn poco. *Tace parumper: id est, ad tempus breuissimum.*

Presta me vn poco tu libro.

*Commoda mihi parumper librum tuum.*

*Ad PARVUM, opponitur MULTUM: ad PARVUM PER, autem opponitur DIV. Interdum Parum & Parumper*

*Parumper eidem uerbo adiungi possunt, sed diuerso sensu. ut*

Vn poco me hablo, que es pocas palabras. *Paucum me allocutus est, id est, Paucis uerbis.* Parumper me allocutus est. *id est, Breuissimo tempore.*

No te des priessa, o no te apressures y fatigues, porque tu seras harto a buen tiempo o de buen hora alla. *Ne festines, maturè satis aderis.) Hic desit, Enim, ut sit sensus: Satis enim &c.*

*Varietas. Ne festines, Ne festina, Noli properare.*  
*Non est quod tantopere festines: satis aderis in tempore.*  
*Maturè. Non est quod festines: id est, Non est causa, cur festinare debeat.*

*Sat citò, si sat bene.) sub. Res fit.*  
 Afaz presto se hazela cosa, quando se haze bien.

Tantas vezes se ha de dezir?  
*Hem, quoties dicendum est?*  
*Hem, hic est indignantis interiectio.*

*Varietas. Dicendum, Repetendum, Iterandum, Inculcandum.*

Esto nos dixiste otra vez.  
*Hoc nobis aliquando dixisti.*

Memini hoc aliquando ex te audire.  
 Yo me a cuerdo auer oydo de ti esto.

Alcunas vezes me enseñaste esto.  
*Aliquoties me docuisti.*

Desto me ammonestaste otro tiempo.  
*De hoc aliàs admonuisti.*

Aliquando: *Id est, Aliàs.*

Quien



Quien pudo empecer, podra alguna vez aproue  
char, esto es enel tiempo por venir.

*Ledere qui potuit, prodesse aliquando ualebit.*

Como se ha de vsar deste aduerbio *SEMEL*?

*Quomodo utendum est hoc aduerbio SEMEL?*

Vna vez lo dixiste, y no mas. *Semel dixisti.*

Vna vez dixo esto, y nunca mas. *Semel hoc dixit,  
præterea nunquam.*

Yo no he errado ni a vn solamente vna vez.

*Ne semel quidem erraui.*

Esto sea dicho vna vez, que es vna vez por todas.  
*Semel hoc dictum sit.) Quod ineptè dicitur, Vna pro omni-  
bus.*

Dime de vna vez loque quieres que yo haga.  
*Semel iube quicquid uoles.) Semel: id est, Vno uerbo.*

Todo en vna palabra.

*Dic mihi semel, quid me uelis.*

Yo pronuncie dos vezes todo por orden sin ces-  
sar.

*Pronuntiaui bis continenter.) id est, Sine intervallo. uel, Si-  
ne intermissione.*

*Varietas. Continenter, Ex ordine.*

*Lucretius. quo pacto per loca sola*

*Saxa paruis formæ uerborum ex ordine reddant. id est, Per  
ordinem.*

*Virgilius, Quinetiam ueterum effigies ex ordine auorum,  
Vestibulo adstabant.*

Cierto yo no lo digo. *Haud equidem dico.*

Si cierto. *Ita sanè. Ita profectò.)*

In utroque subauditur Res est, ut sit sensus: Sanè, uel profectò

Etò

Et res est ita: Hoc est, Ita se res habet. Nami ITA, non est affirmandi aduerbium: sed similitudinis.

No cierto. Non profectò.

Non sanè. Non ita.) sub. Res est.

Si cierto. Per ironiam. Scilicet.

Si cierto yo me doy mucho por eso, o si cierto en eso trebajo. Scilicet id certo.) Per ironiam.

Terentius, Id populus curat, scilicet.) Et est aduerbium confirmandi: sed ironicè dictum.

Cierto mucho y erra, o se engaña.

Næ ille uehementer errat.

Quam longè fallitur?) Longè: id est, Vehementer.

Quam bellè falsus est? Ex Plauto.

Toto celo, totaque errat uia.) Quod postremum est pro uerbale.

Toto celo errare, methaphora est à nautis.

Tota uia errare, translatio est à uiatoribus. Sicut enim uia-  
tores obseruant uias: sic nautæ obseruāt celum. id est, Sub  
quo celi climate uersentur. Virgilius. Et quo sub celo  
tandem, quibus orbis in oris.

Laſtemur, doceat.

O que tu eres vn hombre fino y sagaz, astuto, y recatado.

Næ tu es uaser homo.

Varietas. Vaser, Astutus, Callidus, Versutus.

O hombre astuto, y recatado.

Omnia calliditate uirum? Ouidius.

Ciertamente tu eres vn hombre de bien.

Næ tu uir bonus es, scilicet.) Cur addis scilicet? Quia est  
ironia. id est, Irrisio, siue illusio.

C

**Veys alli vno de nuestra tierra.**

*Adest nostras quidam.*

*Hem quidam nostras.) Hem, aduerbium de-improviso aspicientis.*

**No vees tu alli vno de nuestra tierra?**

*Videsne illic quendam nostratem? Ne, pro nonne: ut sepe apud Plautum ac Terentium.*

**Ves aqui otra vez de nueuo la contienda.**

*Ecce autem rursus de-integro controuersia.*

*Terentius, Ecce autem alteram, nescio quid de amore loquitur. Ves aqui otro que nos, eque se habla del amor.*

**Controuersia.** Pleyto, proceso, question, debate, o contienda.

**Res controuersa.** Cosa que esta puesta en debate, y contienda.

**Litigiosus homo.** Vn pleyteador ordinario.

**Ves de nueuo la cosa venida.**

*Hem noua res orta est. Ecce autem.*

*Ecce autem de-integro. Terentius.) In utroque subaudi.*

*Noua res orta est. De-integro, aduerbium, quasi Hispanice dicitur. Tanto como si el no ouiesse hecho nada.*

*Semper ab initio.) sub. Repetendam est. Siempre se ha de tornar a començar de principio.*

**Plega a Dios que yo pueda alguna vez pagar en obra el bien recibido.**

*Vtinam tibi aliquando gratiam referre possim.) Ex Terentio.*

**Varietas.** Referre, Reponere, Rependere.

**O quanto querria que esto se hiziesse.**

*Quam uellem id fieret.) Quam uellem, Sub. Vt.*

O quam



O quam uellem, ut illud eueniret.

Quam cuperem, id fieri posse.

Ea dexemos a quello, no hablemos mas desto.

Agè, illud emittamus.

Agè, hoc missum faciamus.


*Tibi opus est monitore.*

*Varietas. Monitor, Summónitor.*

Di lo todo por entero sin dexar nada.

*Dic integrè.*

*Dic ad finem usque.*

Yo te doy licencia de dezir me lo que querras.

*Concêdo tibi, ut in me, que uoles, dicas. Cicero.*

Todo lo que sabe dize, no disimula nada, no le queda nada enel buche.

*Nihil fingit.*

*Nihil dissimulat.*

*Nihil óbtegit.*

*Nihil in pectore clausum seruat.*

*Apertissimo est pectore.*

*Sine facio uiuit. id est, Sine simulatione.*

*Apertè simpliciterque omnia loquitur.*

*Simplicis ueritatis amicus est.*

Homo

Homo est simplicissimus.

Neque est simulator, neque dissimulator.

Candido pectore omnia ingenuè exprimit.

Declara me tu animo, y coraçon.

Aperi mihi animum tuum.

Homo simplex, Vn hombre simple, es a saber todo descubierta, y claro, no doblado.

Todo lo que sabia dixo.

Effudit omnia. Cicero.

Aun que no quieras lo diras.

Tu dices etiam inuitus.

Tu dices, uel inuitus.) Vel, pro Etiam.

Velis nolis, dices.

Confieffa auer lo dicho.

Ait se dixisse, ) Ait: Id est, Fatetur, uel affirmat.

Dize que no lo dixo, o niega auer lo dicho.

Negat se dixisse.

Niega auer lo hecho.

Negat se fecisse.

Agora dize que si, agora que no, vna vez lo confieffa, otro vez lo niega.

Modò ait, modò negat. ) sub. Hoc, uel illud.

Dize que no vendra, dize que no lo hara.

Negat se uenturum.

Negat se facturum. ) sub. Hoc, uel illud.

Dize que vendra.

Ait se uenturum,

Se uenturum dicit.

Agora dize todo al contrario, de lo que auia dicho primero.

Nunc retextit orationem suam. Cicero.

Palinódiam

*Palinódiam canit.*) Retéxere, Es propriamente deste-  
 xer la tela que era texida. Hinc adagium, Penelopes  
*telam retéxere: Id est, Inanem operam sumere, & rursum*  
*destruere quod effeceris. Ut solebat Penelope eandem te-*  
*lam nunc texere, nunc retexere.*

Tu lo hazes, y lo deshazes.

*Penelopes telam retexis.*

*Palinodia: id est, Contrarius cantus.*

*In hanc sententiam Horatius.*

*Diruit, & edificat, mutat quadrata rotundis.*) Hoc est, Nunc  
 struit, nunc destruit: & que prius uoluit habere quadras  
 ta, ea nunc rotunda facit. quasi tu dicas.

Nunquam potest in eadem sententia permanere.

Aquello fue dicho entre nosotros, ansi acorda-  
 mos juntamente.

*Illud inter nos dictum fuit.*

*Terentius, Illud inter nos dictum fuit, ne tu curares meum.*

Por aquella parte dixo mucho.

*In eam partem multa uerba fecit.* Ex Cicerone.

En entrambas partes disputó mucho.

*Multa in utranque partem disputauit.*) Quod vulgus dicit,  
 pro & contra.

*Varietas. Disputauit, Dixit, Dissertuit.*

Entrambas las partes defendio muy fuerte.

*Utranque partem defendit acerrime.*

*In utranque partem acerrime disputauit.*

Yo tengo muchas probaciones por la vna parte,  
 y por la otra.

*Habeo permulta in utranque partem testimonia.*

Qual de dos partes quieres defender?

*Utranque partem nis defenderet*

Yo



Yo defender aquello que me parescera mejor.  
*Id defendam, quod esse optimum sentiam.*

Ha se de sostener, y defender, lo que es de derecho, y de razon.

*Quod rectum est, id defendi oportet.* Ordo est. *Oportet id defendi, quod est rectum: Hoc est, Oportet ut id defendatur, quod rectum est.*

Es menester defender la verdad hasta la muerte.  
*Ad mortem usque defendenda est veritas.*

Siempre tiene, y defiende lo contrario de los otros.

*Contrariam partem semper defendit.*

Cada vno deue defender su tierra, y sus amigos.  
*Debet unusquisque, tuam patriam, tuos amicos defendere.*

Yo dire sus propias palabras.

*Ipsis eius uerbis utar.*

Delante todo el mundo dixo esto.

*Illud palam dixit.*

*Varietas. Palam, In propatulo.*

Mira que no digas nada de lo que yo he dicho, que me tengas secreto.

*Cura, ut hæc claculum dicta sint. Plautus. Quod scis, nescis.*

*Sensus est, Finge ut nescias id quod scis: Hoc est, Ita distimula, quasi tu ignores. Terentius.*

Lamas Ciceron hablo dello.

*Huius rei Cicero nullam mentionem fecit.*

*De hoc nulla mentio à Cicerone facta est.*

*Huius rei Cicero nusquam meminuit.* *Nusquam: id est, Nullo in loco.*

*Nunquam de hac re meminuit Cicero.*

Habla y estima te como vn muy gran amigo.

De te amicissimè & loquitur & sentit.

Habla poco, y a proposito.

Breuitè & commodè dicit.

Habla Frances.

Gallicè locutus est.

Habla harto buen Latin.

Latine haud pessimè loquitur. Cicero.

Habla muy buen Latin.

Latine optimè loquitur.

Nescit Latine loqui. No sabe hablar Latin.

No entiende Latin.

Nescit Latine.) sub. intelligere.

No lo puedo dezir en Latin.

Non possum Latine dicere.) subaudi Hoc, uel Illud.

Tu tardas mucho en hablar, eres muy largo.

Namis longiori loqueris.

Prolixior es, quam par sit, in loquendo.

Yo hablo por mi mesmo.

Ipsè loquor pro me.) Id est, Egomet causam meam dico.

El hizo y pleyteo su causa y processo.

Pro se ipse dixit.) Hoc est, Suam ipse causam egit.

Linus, Ipse pro me dicere cogor.

Yo auia ya commensado tambien a hablar por ti.

Quintilianus in declamationibus, iam ceperam tuam quòs que marite crudèlis agere causam.

No se puede hablar, sino quando quiere, y le plaze.

Apud illum non licet nisi praefinito loqui. Ex Terentio.

Praefinito. sub. Tempore. Aut est aduerbium: ut sit, praefinito, id est. Ex praescripto. Por licencia, y quando quiere.

*Varietas. Inter coenam, Super coenam.*

*Ay entre ellos enojos. Ira sunt inter eos.) Ira, pro inimicitijs. Terentius.*

*Contienden por nada.*

*Litigant de nihilo.) id est, De re nihili.*

*Terentius, Non hoc de nihilo est, quod Laches nunc me conuentam esse expetit.) De nihilo: id est, Propter nihilum.*

*De lana caprina rixantur.) id est, De re nihili. Prouerbiaum. Sic.*

*De fumo disceptant, id est, De meris nugamentis.*

*De cosas vanas contienden.*

*De asini umbra contendunt.) id est, Litigant.*

*De cosas inutiles, y sin prouecho.*

*De re nihili disceptant.*

*De nugis contendunt.*

*Nihili adiectiuum est indeclinabile.*

*DE, in hoc genere loquendi significat propter.*

○ *De poca cosa, o de nada, leuanto grâdes ruydos, y contiendas.*

*De nihilo magnas lites concitauit.*

*De asini umbra quantas excitauit turbas? uel, quantas tragedias?*

*Varietas. De asini umbra, De lana caprina.) id est.*

*De re nihili. Vtrunque est prouerbiale.*

*De cosa que no es nada leuantas gran contienda.*

*De re nihili magnam tragediam excitat. Prouerbiaum.*

DISPUT



## DISPUTANDI.

## CAPVT XXIII.

Que question tratays?

Quam questionem tractatis?

De quo disputatis?

Cicero, Vt iis proponatur, de quo disputent.

Que cosa es vn poeta?

Quid est poeta?

Que cosa es pleytear?

Quid est agere causas?

Poeta quid significat? Et similia ad hunc modum.

Cur non recte dicitur, Quid sit Poeta? Quia per indicativum fieri debet interrogatio: nisi fuerit sensus modi potentialis.

Quid est potentialis modus? Est modus in uerbo, uoces habens coniunctiuo similes: sed que declarari solent per uerbum possum, potes: aut (si sensus exigit) per uerbum debeo: interdum etiam per uolo, uis.

Da authoritatem. Eloquar, an sileream? Virgilius.)

Hoc est, Vtrum dicere, an silere illud debeo? Dire esto, o callar me he?

Quintilianus, Frangas citius, quam corrigas, que in prauum induruerunt. Id est, Citius frangere quis poterit, quam corrigere.) Hic est modus potentialis, & secunda persona pro tertia.

No quiere disputar comigo.

Non uult disputare mecum.) Pro hoc nonnulli uitiose dicunt.

Non uult esse contra me.

Tu no eres mi compañero en la disputa.

*Tu non es compar meus.) sub. In disputando.*

*Varietas. Compar meus, Par meus. Ex Plauto & Cicerone.*

Mis compañeros, no estan aqui, es a saber los que hazen questiones conmigo.

*Cómpares mei non sunt.*

Pregunto me que quiere dezir cano.

*Quæsiuit ex me, cano quid significet.*

*Varietas. Quæsiuit ex me, Interrogauit me, Proposuit mihi.*

*Varietas. Quæro ex te, Quæro à te, Quæro de te.*

Yo le demande vna question, y pregunta, a la qual no pudo responder, la qual no pudo soltar.

*Proposui illi questionem, cui non potuit respondere.*

*Varietas. Cui non potuit respondere, Ad quæm respondere non potuit, Quam soluere nequiuit, Quam dissoluere non potuit, Quam explicare non potuit.*

*Quæstioncula, Vna pequeña question.*

No quiere responder.

*Non uult respondere.) Dare responsum, proprie ad oraculum pertinet, aut ad res grauiore: ut quum respondendum est legatis aliquid petentibus. Alioquin pro simpliciter respondere, magis poeticum est.*

Puso, o propuso me este vna question.

*Hic mihi proposuit.*

A. Cur potius dicis HIC, quàm IPSE. B. Quia illo sermone personam presentem demonstras: IPSE autem relativum est.

A. Quid inter se differunt pronomina demonstratiua, hic, iste, & ille?

B. Hic dicitur sermone Hispano, Este, que es el que esta cerca de mi.

*Ille,*

*Iste*, Esse que es el que esta a cerca de ti.

*Ille*, Aquel, que esta ni cabemi, ni cabe ti.

Este es el que yo te encomende.

*Hic est, quem tibi commendavi.*

Vees aquel? Es aquel del qual yo te he hablado.

*Viden tu illum? Is est de quo agebam tecum.*

*Varietas. Is est, Ipse est, Is ipse est.* Es el mesmo.

Hizo me soltar mi question.

*Reiecit in me questionem.*

No pudo soltar su mesma question.

*Suam ipse questionem solvere non potuit.*

Yo le venci.

*Ego illum vici.*

Yo le torne a vencer.

*Eam iterum vici.*

Suelta tu question.

*Solve tuam questionem.*

*Varietas. Solue, Dissolue, Exolue, Explica.*

Da me la solucion desta duda.

*Explica mihi hanc questionem.*

Propuso me vna duda.

*Questionem proposuit mihi.*

Siempre propone esto.

*Semper hoc proponit.*

*Nihil nisi hoc proponit.*

*Idem idem hoc proponit. id est, Sæpiissime, per intervalla.*

A todos propósitos.

*Nihil aliud querit, quàm Poeta que pars?*

No tiene que vna duda. La mesma question propone muchas vezes.

*Eandem questionem sæpius inculcat. ) Sæpius, id est*



*Identidem.*

*Semper unum atque idem querit.*

*Eadem questione me semper obtundit.*

*Habet unam tantum questionem.*

*Vnicam eandemque semper affert questionem.*

Yo te reprehendo, o acuso.

*Arguo te.*

Ego te reprehendo.

No te es dado a ti, o no te pertenece reprehender las costumbres, y vicios de los otros.

*Non tuum est alienos mores carpere.*

Yo te noto, y reprehendo de vna incongruidad.

*Arguo te solæcismi.*

*Arguo te solæci.*

Tu as cometido vna incongruidad.

*Tu fecisti solæcismum.*

*Iuuenalis, Atque solæcismum liceat fecisse marito.*

*Hic solæcismus, & hic Solæcus, Incongruidad en el hablar.*

A. *Quomodo fit solæcismus?* B. *Peccando in structura partium orationis.* A. *Declara.* B. *Vt si quis dicat, Habeo pulchrum aem, Video Petrus.*

A. *Quid differt barbarismus à solæcismo?* B. *Barbarismus est vitium in unica dictione. Solæcismus est vitium inter partes orationis.*

*De barbarismo, alio in loco uidebitis.*

Yo te reprehendo del iuramento.

*Arguo te iuramenti.*

*Arguo te iurandi.) Iuramentum legitur apud Senecam. Iurandum tamen ut antiquius est, ita elegantius.*

Yo te reprehendo del desacatamiento.

*Arguo*

*Arguo te contemptus.*

*Arguo te contempti maiorum honoris.*

Con tu question mesma eres vencido.

*Vultus es tua ipsius questione.*

Yo tendre replica a tu question.

*Propōnam tibi questionem reciprocam.*

Yo deuo tener contra ti mi replica.

*Debetur mihi aduersum te questio reciproca.*

Miraste al libro, dentro del libro.

*Inspexisti librum.*

*Codicem inspexisti.*

Es menester ver el libro.

*Inspiciendus est codex.) id est, Liber.*

*Inspice librum.*

*Exhibeatur liber.*

*Proferatur in medium codex.*

Replico contra mi.

*Proposuit mihi questionem reciprocam.*

*Proposuit mihi mutuum questionem.*

Yo arguy contra el, y despues replico contra mi.

*Proposui illi: deinde ille uicissim mihi proposuit.*

Ea propone algo, alguna question, o alguna du-

da.

*Eia, propōne.*

*Age interroga.) Eia dissyllabum est.*

*Heus tu, quere ex me aliquid.*

Vamos delante el maestro.

*Adāmus praeceptorem) id est. Eamus ad magistrum.*

*Consulamus praeceptorem.* Demandemos esto al ma-

estro.

*De hoc referamus.) sub. Ad praeceptorem.*

Referuntur ad didáscalum.) sub. De hac re: id est, De hac con-  
trouersia.

# FORMVLA EXPO- NENDARVM PVERILIVM

disputationum coram magistro.

Hinc proposui. Sciam quale sit verbum: respondit, substan-  
tium. Adieci: quomodo declinetur. id ignorans, reiecit ad  
parem suum, qui recte declinavit. Finita declinatione,  
quesiui, Sum quot habeat composita: undecim, inquit.  
Quibus ordine enumeratis, proposui denique, Sum quo-  
tuplicem habeat constructionem. Hoc aduersarij nescien-  
tes, ad me questionem reiecerunt. Nunc te adimus: ut me  
audias, dum soluo questionem meam.

Tu dixiste esto delante el regente, o maestro.

Hoc dixisti coram præceptore.

Yo me corregi, yo me emmende.

Ego me correxi.

Correxi dictum.

Retraulaui errorem.

Erratum reuocaui.

Correxi errorem meum.

Ille se correxit. uel,

Correxit dictum.

Tu te correxisti. Tu te emmendaſte.

Retraſtare dictum. Desdezir se.

A. Tu no me reprendiſte. B. Ni tu tam poco.

A. Tu me non arguiſti. B. Neque tu me.) sub. Arguiſti.

Nec tu me quidem.) sub. Arguiſti.

Tu perdiſte tu question, no te aproue chara nada  
es tanto, como ſi no ouieſſes propueſto nada.



Tua questio irrita est. ) id est, Nihil tibi proderit, & tanquam nulla erit.

Irritus, irrita, irritum, nomen est, ex in & participio ratus.

Son dos contra mi, tengo dos contrarios.

Duo sunt mihi aduersarij.

Duo mecum disputant.

Duo sunt aduersum me concertatores.

Yo no puedo disputar solo contra dos.

Solus nequeo disputare cum duobus.

Non possum unus duobus par esse.

Solus nequeo duobus resistere.

Non possum aduersus duos in disputando sufficere.

Yo no puedo abastar a entrábos en las disputas.

Sua impar duorum certamini.

Duorum certamen sustinere solus non ualeo.

Ne Hercules quidem aduersus duos. ) sub. Pugnare, aut Par

esse, aut Sufficere potuit.

Cierra tu libro, y di de coro, y de cabeça, de memoria.

Cómplica librum, & dic memoriter.

Al cabo, o cerca del fin erre.

Erraui in ipso fine.

Ad extremum finem lapsus sum.

Vno uerbo lapsus es. En vna palabra erraste.

A. Quien es vencido de tu parte? B. Yo no se. Pedro y Iuan contienden, estan en duda, dudan dela victoria, y quien ha vencido.

A. Quis ex tua parte uictus est? B. Nescio. Petrus & Ioannes contendunt.

Varietas. Contendunt, Sunt in dubio, De uictoria dubitant, Inter Petrum & Ioannem est contentio.

Bini

*Bini disputamus.* Disputamos dos a dos.

*Terni tres a tres.*

*Quaterni.* Quatro a quatro.

Vno a vno disputamos.

*Singuli disputamus.*

*Singulari certamine disceptamus.*) *Translatio à re militari.*

Pedro desafío a Iuan a combate de entrambos dos o de dos solos, hombre, a hombre.

*Petrus Ioannem singulari certamine prouocauit.*

Desafío le a luchar.

*Eum lucta prouocauit.*

Tuuo la vltima question. *Hoc usurpant pueri in fine disputationū, postquam scilicet uel ad praudium, uel ad cenam sonitum est.*

Fue vencido a la vltima duda y question.

*Victus est extrema questione.*

*Varietas.* *Extrema, Postrema, Suprema, Vltima, Nouissima.*

Haz que yo en tu nombre sea vencido agora, y tu lo seras mañana por mi.

*Fac, me nomine tuo nunc uictum esse: sed cras uicem reuendes.*

Mañana tu haras otro tanto por mi.

*Craftino die par pari referes.*

Pon por caso, que yo sea vencido.

*Fac me uictum esse.*

Pon por caso, que sea verdad.

*Finge id uerum esse.*

Pon por caso, que sea ansi.

*Fac ita esse.*) *sub. Rem: Id est, Finge rem sic esse.*

*Virgilius, Fac uelle.*) *sub. Eos: Id est, Finge ut illi hoc uelint.*

*Sit*

Sit ita sanè. Cicero.

Sine sic habere.) Pro eo quod est, Sine rem sic se habere: id est, Esto ut res sic se habeat. Plautus.

Eingamus sic esse. Vel,

Concedamus, ut sit ita. Concedamos ser anfi.

Fue vencido en la vltima question.

Virtus fuit in somma disputatione. uel,

In suprèmo certamine.

Este dicho no haze nada contra mi, no repugna a lo que digo.

Hoc dictum non pugnat contra me. uel,

Contra me non facit.

Varietas. Hoc dictum, Hoc uerbum, Hæc sententia.

Yo lo prouare por Ciceron de palabra, a palabra.

Ex Cicerone ad uerbum probabo.

Varietas. Ad uerbum, Ad literam.

Yo lo prouare por testo formal de la Biblia.

Hoc ad uerbum probabo ex sacris literis.

Biblia Biblicæ non dicitur: sed Biblia, bibliorum. Los libros de la sagrada escriptura.

Cada vno de los dos tiene con que defender su question.

Habet uterque quod sequatur) id est, Quo suam sententiam tueatur ac defendat. Cicero.

## EPVLANDI

### C A P V T XXIII.

Partamos nuestro pan igualmente.

Nostrum panem pariter dispertiamur.

Diuidamus



*Diuidamus ex equo nostrum panem.*

*Ex equo.* Igualmente, por igual.

*Pariter, idem significat interdum quod ex equo.*

Deltribuyo el vino a todos por igual, tanto a vno como a otro.

*Aequis partibus vinum in singulos distribuit.*

*Varietas. Distribuit, Partitus est, Diuisit.*

Tu sueles siempre pedir dos vezes el pan del almuerzo.

*Tu soles ientaculi panem bis petere.*

A. Yo he perdido oy mi almuerzo. B. Porque?

A. Porque nolo pedi.

A. *Hodie mihi ientaculum peristi.* B. *Cur?* A. *Quia non petiui.*

*Varietas. Peristi. Deperisti.*

Yo comi en mi almuerzo vna grande morcilla.

*Edi crassissimum botellum in ientaculo.*

*Ientaculi botellum admodum crassum.*

*Hic bôtilus, Hic botellus, Morzilla.*

Edi, Yo comi.

*Comedi, Yo comi con otros. Comedo tamen pro Edo interdum ponitur.*

Quitar la corteza del pan.

*Distringere crustam panis. Budaeus.*

Comi solamente dos bocados de pan.

*Edi tantum duas buccellas, sub panis.*

*Duas solam buccelas comedi.*

*Buccela. Vn bocado.*

*Buccella, Vn bocadillo.*

Cortar pan.

*Frangere panem.*

Da me vn pedazo de pan.

Da mihi buccellam. ) *sub. Panis.*

Da mihi frustum panis.

Da mihi bolum panis.

Hic bolum, bóli. Vn bocado de alguna cosa.

De gana me quitarias el bocado de la garganta.

Tu tienes pesar de lo que como.

Bolum mihi e faucibus libenter cripiat.

Tengo gran despecho y pesar de auer perdido

vna ocasion tan buena, que se me ha escapa-

do tan buena empresa.

Crucior, bolum tantum mihi esse creptum e faucibus. Prover-

bium est apud Terentium.

Harán le callar, o hablar por vn pedaço de pan.

Frusto panis condúci potest, ut aut taceat, aut loquatur. ) Fru-

sto panis: id est, Reminima & uilissima. Por no na-

da.

Varietas. Frustrum, Frustulum, Frustrillum.

Quien es el que haze el banquete?

Quis est conuiuator?

Quis est conuiuij dominus?

Quis est rex conuiuij?

Quis facit conuiuium?

Vn banquete real, y magnifico.

Regale conuiuium. ) Id est, Rege dignum, uel regio apparatus

adornatum.

Conuiuator. El combidador que haze el combite.

A Conuiuator, conuiuaris: quod est conuiuium facere.

Scitque conuiuator, Vn hombre que trata honestamen-

te la gente, en los banquetes.

Apud Horatium in secundo Sermone, Parochus pro conui-

uatore ponitur: licet aliud proprie significet.

Hic

Hic & hec conuiuia, huius conuiuie. El que es combidado. agora sea al jantar, agora a cenar.

Hic conuictor, conuictoris, Comensal, o porcionista, en la posada de otro.

Horatius. Non quia Meccen de tibi sum conuictor.

Mis comensales. Conuictores mei.

Hazes mucho esperar los combidados.

Tu conuiuas moraris.

Invitare ad conuiuium. Combidar al banquete.

Sic Invitare ad prandium, Invitare ad coenam.

Lllamar al banquete, al comer, a la cena.

Vocare ad conuiuium, ad prandium, ad coenam.

Hazen se banquetes los vnos a los otros.

Inter se agitant conuiuia.

Segun su poder y estado, hizo vn harto buen banquete.

Conuiuium satis lautum fecit pro suis opibus.

Apareja la cena. Coenam parat.

Apareja el comer, o la comida. Prandium curat.

Apareja se la cena. Paratier coenam.

Apparare, proprie de re maiori dicitur: ut de conuiuio celebriori.

Terentius. Video alios festinare: coenam apparare. Quia ui

delicet ad leuandum sensis maerorem, serui curiosius coenam parabant.

Yo te ruego, que no aparejes nada por mi: basta me y aun sobre el ordinario.

Noli quaeso mihi apparare quicquam: quotidiannu uictus satis superque est mihi.

No es necesario por mi de tan grande aparato.

Non opus est mihi tanto apparatu.

Que



Que tenemos por cenar? Que tenemos por comer.

*Quid habemus in cenam?*

*Quid est nobis in prandium?*

Pone la mesa, el mantel, o los manteles.

*Sterne mensam.*

*Appone mensam.*

Las mesas estan aparejadas.

*Apposita sunt mensae.*

*Plantus. Pueri mensam apponite.*

Pone la vianda sobre la tabla, y mesa.

*Appone cibos.*

*Instrue mensam obsonijs.*

*Hoc obsonium, obsonij.* La vianda, La pitança, son carne o peces, o otra cosa fuera del pan, y el vino.

*Obsonator.* El despensero que compra las viandas.

Ya esta la vianda sobre la mesa. Ya han seruido.

*Iam instructa est mensa obsonijs.*

*Iam appositi sunt cibi.*

No han aun seruido nada en la mesa,

*Nondum mensae apposita sunt edulia.*

*Nihil dum appositum est mensae, quod edatur.) Itē sic breuius.*

Ya han seruido el comer.

*Iam appositum est prandium.*

La cena esta ya sobre la mesa.

*Iam apposita est caena. Sic,*

*Nondum appositum est prandium. &c. Ex Plauto.*

Quien es presidente en la sala?

*Quis accumbit primus in triclinio?*

Aun no han bendizido la mesa.

*Nondum consecrata est mensa.*

N

Aun no estan sentados a la mesa.

Nondum accubitum est.

Nondum discubitum est.) Vtrunque est impersonale, ab *Accumbo*, *accumbis*, *accubui*, *accubittum*. *Discumbo*, *discumbis*, *discubui*, *discubittum*. Dicitur & *accubo*, *accubas*, pro *accumbo*. Hic autem animaduertendum, quod de uno non dicitur *Discumbit*: sed *Accubat* siue *Accumbit*.

No ha començado aun a jantar.

Nondum prandere cepit.

Adhuc prandium non incepit, uel, incepit.

En sentandosse a la mesa, quiere ser seruido.

Cum primum accubuit, statim uult sibi ministrari.

Este potaje es sin sabor.

Hoc ius est insipidum.

Hoc ius nil nisi aquam sapit.

Hoc ius est aqua insipidius.

Omnino insipidum est.

Hoc ius nihil sapit.

Hec salua. Salua.

No sabe nada a sal.

Hoc nihil salis sapit.

Esto no esta harto salado.

Hoc parum saluum est.

Esto sabe quemado, o socarrado.

Hoc sapit adustionem.

Buen potaje, buen adobo, buen caldo.

Ius bene conditum.

Conditus, cō-dita, conditū, a condis, cōdis, condium, condire.

El cozinero no auia aparejado bié los manjares.

Coquus malè cibos condiderat.

No auia hecho buen potaje, o adobo.

Malè

- Malè condituerat iura.*
- Hoc ius, iuris.* Caldo.
- Ius carniū,* Caldo de carne.
- Ius piscinū,* De pesces.
- Ius pisorū,* Depoas.
- Pisoriū ius conditū,* Caldo o potaje de poas con especias y otras cosas añadidas.
- Condimenta.* Todas mezclas, y cosas delicadas de golosina, que meten en el potaje por le hazer bueno.
- Este caldo o potaje no esta bien adobado.
- Huic iuri desunt condimenta.*
- Hoc ius malè conditū est.*
- Ius hesternū.* Del potaje, o caldo de ayer.
- Ius piperatū,* Caldo con especias, y pimentia.
- Hoc piper, piperis.*
- Moja mi sopa.
- Perfunde iure meū panem.*
- Moja bien, y remoja mi sopa.
- Mācra probe panem meū.*
- Fac panem meū diligenter madefacias.*
- Yo no he comido sopas.
- Non edi panem ē iure.*
- Varietas.* Panis ē iure, uel ex iure, Panis iure madidus. Panis iure maceratus, Panis iure emollitus. His omnibus utitur Donatus in Terentium.
- Comiamos de la caça en potaje.
- Ex iure serinam edimus.*
- Si pre nuestros platos estan demasiado untados.
- Semper nostre lancee plus satis uicta sunt.*
- Nunca este cozinero laua bien las escudillas.
- Medastinus iste nunquam lancee detergit satis bene.*



Hic *mediastinus*, Vn moço de cozina. In *gymnasijs* *Pa-*  
*rifensibus* dici solet, Vn marmiton.

*Minister culinaris*, Vn moço de cozina.

Tergere, Detergere, Extergere, Limpiar.

Deterge calceos tuos. Limpia tus çapatos.

Lamio los platos.

Lambit discos.

Linxit catinos.

Linxit pátinas.

Lances elinxit.

Hec lanx, huius lancis, Vn plato, o vna grãde escudilla.

Quando come siempre lame sus dedos.

Inter prandendum semper digitos lingit.

Epulando semper laubit digitos.) Epulando.

Quando come sea a la comida, o a la cena. Sicutitur

Plinius hoc uerbo in *Naturali historia*.

Con mesura, y verguença come.

Verecundè epulatur.

Da me de la salsa.

Da mihi condimentum.

Salsamenta, Toda manera de carne salada, o de pe-  
ces salados.

Hoc salsamentum.

Salsamenta piscium, uel è piscibus. Peces salados.

Salsamenta carniùm, siue ex carniibus. Carnes saladas.

Salsamentarius, El que vende carne salada, o pesca-  
do salado.

Salsamentaria, La que esto vende.

Da me de la salsa verde.

Da mihi uiride condimentum.

Dame del agraz.

Da mihi omphacium.

Hoc omphacium, omphacis.

Vae omphaces. Vuas que no son maduras, agrazes, de los quales hazen la salsa del agraz.

Da me mostaza.

Da mihi sinapi.

Hoc sinapi, indeclinabile sine plurali.

Para hazer camara, con buenas las lechugas.

Ventri mouendo utiles sunt lactuce.

Lactuce alium molliunt.

Varietas. Molliunt, Deiciunt, Subducunt, Solumunt.

El exercicio de la caça es bueno a la sanidad del cuerpo.

Venandi exercitatio confert valetudini.

Varietas. Confert valetudini, Confert ad valetudinem.

Varietas. Confert, Vtilis est, Prodest, Conducit.

Hueuos blandos.

Oua mollia. Quod si ita liquida sunt, ut sorberi possint,

Oua sorbilia dicuntur. Hueuos tan blandos, que los pueden sorber.

Hoc ouum sorbibile, huius oui sorbilis.

Hic & hæc sorbilis, & hoc sorbibile.

Oua nostra ad prunas coque. Haz assar nuestros hueuos a la brassa.

Haz que mi hueuo sea blando.

Ouum meum mihi curato molliusculem.

Haz que este hueuo se asse tanto, que se endurezca.

Hoc ouum ita mihi coque, ut duretur.

Este hueuo es muy duro.

Hoc ouum nimis duratum est.

*Plinius. Oua durata illinantur strionis.*

Comi huevos con manteca.

*Est oua ex butyro.*

Comimos o auemos comido lechugas con azeite, y vinagre que es en ensalada.

*Comedimus lactucas ex oleo & aceto.*

Fae nos dada ensalada.

*Apposita fuerunt nobis acetaria.*

Comamos nuestra vaca con vinagre.

*Comedamus nostram bubulam ex aceto.* ) *Bubulam: sub. Caranem.*

Hagamos ensalada.

*Paruus nobis acetaria.*

Paro, paras, paraui.

No come que buenas viandas.

*Selectis tibus uiuit. Plautus.*

*Non nisi exquisitis cibus uescitur.*

*Vescor, uesceris, uesci, caret praeterito.*

*Cibi selecti, uel Cibi exquisiti. Id est, Curiose questiti.*

Viandas exquisitas.

*Salustius. Vescendi causa terra mari que omnia exquirere.*

Tendremos oy la cena con la comida juntamente.

*Apponetur hodie nobis caena cum prandio.*

*Apponetur caena prandio coniuncta.*

Dar se ha vna vez oy a medio dia a comer, por todo el dia, porque es ayuno.

*Dabitur meridie uelut in totum diem, propter ieiunium.*

Todos los dias tenemos dos panes y medio.

*Habemus quotidie binos panes, & dimidiantem.* ) *Binos: id est, Singuli duos.*

Tend



Tendremos a la cena assado.

*Apponetur nobis assum in cena.*

*Assa caro nobis apponetur in coena.*

*Assus, assa, assum,*

Assado sobre las parillas, o carbones; y brassa, o en assador.

*Hoc assum.*

Asado, agora sea carne, o peces.

*Assa caro.* Carne asada.

*Piscis assus.* Peces asado.

*Elixum.* Cozido, sea carne, o pescado.

*Caro elixa.* Carne cozida.

*Piscis elixus.* Peces cozido.

*Frixum.* Frito, agora sea de carne, que pescado.

*Caro frixa.* Carne fritas.

*Piscis frixus.* Peces fritos.

*Oua frixa.* Huevos fritos.

*Hoc minutal, minutalis.* Un picado como caçuela.

*Iurulentum.* Carne, o pescado adobado en potaje.

*Caro iurulenta.* *id est, E iure condita.* Carne adobada con su caldo, y puesta en el potaje. *Vt uervecina frustillatum concilatur ferina.* Como de carnero cortado, y tajado menudo, o de caça.

*Piscis iurulentus.* *id est, E iure conditus.* Pescado en caldo adobado.

*Piscis operi pistoria incoltus.* Pescado en pastel. *Sic loquitur Budeus.*

Da me carnero.

Da mihi uervecinam.

Vitalina, Ternera.

Porcina, Toçino.

*Suilla, idem quod porcina.*

*Bubula, Vaca.*

*Agnina, Carne del cordero.*

*Ouilla, De la oueja.*

*Hædina, Del cabrito.*

*Ferina, De la caça.*

*Aprugna, Del puerco montes.*

*Ceruina, Carne de ciervo.*

*Leporina, De liebre.*

*In his omnibus subauditur nomen substantiuum Caro.*

*Legitur & ueruex, bos, agnus: pro ueruecina, búbula, agnina. Sed púeri assuescere debent recto sermone.*

Hagamos vna fritura, o vna cosa frita de nuestra vaca.

*Ex búbula nostra frixum paremus.*

*Frigamus búbulam nostram minutim concisam.*

Pone esto sobre las parillas.

*Impone craticule.) id est, Superpone.*

*Virgilius, Ter sunt conati imponere Pelio.*

*Ossam.) id est, Montem monti superponere, siue super imponere.*

Afa esto en las parillas.

*Torre in craticula.*

*Virgilius, Ponguidque in ueribus torrebimus exta columnis.*

En la comida nos fue puesto vino tinto.

*Apposita est nobis in prandio uinum purpurcum.*

*Vinum album, Blanco.*

*Vinum fuluum, Leonado.*

*Vinum sanguineum, Roxo.*

*Vinum nigrum, Gruello vino tinto y rezio.*

*Vinum purpurcum, Clarete.*

Vinum

- Vinum rubellum, Muy bermejo, o rojo.  
 Vinum dulce, Dulce.  
 Vinum acutum, Sotil que pica.  
 Vinum lenē, Blando y bueno de beuer.  
 Vinum austērum, Duro.  
 Vinum asperum, idem quod austērum.  
 Vinum acerbum, Verde.  
 Vinum oenopiacinum, Vino verde como agrax.  
 Vinum acicm, Agro.  
 Vinum tortisium, Que sale del busillo.  
 Vinum secundarium, Vino agua pie.  
 Hec lora, lora, idem.  
 Vinum pendens, Vino no hecho.  
 Vinum doliare, quod diffusum est. Que esta ya en la ca-  
 ba, o encerrado en tinajas.  
 Mustum, Mosto.  
 Vinum semper mustum, Vino siempre dulce. Plinius.  
 Vinum merum, Vino puro.  
 Bibit merum, Vino puro beue.  
 Vinum dilutum, Aguado.  
 Nuestro vino esta demasiadamente aguado.  
 Nostrum uinum plus satis est dilutum. Quod uulgo dicitur.  
 Est nimis aquae in nostro uino.  
 Vinum eructum, Pierde ya el sabor. Gellius.  
 Vinum foetidum, Hediento.  
 Vappa, Vino desuanecido, y sin sabor.  
 Vinum acre, Vino fuerte, o rezio.  
 Vinum Creticum, Maluasia.  
 Vinum Apianum, Moxcatel.  
 Vinum indigena, Vino de la tierra. Sic Plinius figurate  
 dixit, pro uino hernaculo.



*Vino tantum patrio utitur.* No beue que vino de la tierra.

*Vinum præcox.* Vino temporano. Plinius.

*Vinum externum,* Vino de fuera. Pro eodem Gellius figuratè dixit, *Vinum alienigena.*

*Vinum micidum,* Vino que siente a moho.

*Vinum defecatum,* Vino apurado sin hezes.

Este vino no esta aun apurado y assentado.

*Hoc vinum nondum est defecatum.*

*Vinum fecatum.* Vino que no esta apurado de hezes, o que esta hecho de hezes.

*Vinum corruptum,* Vino gastado de alguna manera.

*Vinum fugiens,* Que se va ya, o que no se puede guardar.

*Vinum consistens,* Que tiene bueno, y que se guarda.

*Villum,* Vino pequeño.

*Fæx vini.* hezes.

*Vappescit nostrum vinum.* Nuestro vino se desuanece, y pierde el sabor.

*Sic loquitur Erasmus in adagijs, Dolio, Inquit, pleno, vinum minus vappescit, quam semipieno.) Verbum est factum à Vappa.*

Qual vino, o que vino es mas sano al cuerpo, el blanco, o el tinto?

*Vtrum est corpori vinum salubrius, albumne, an purpureum?*

Este vino es bien aguado.

*Hoc vinum admodum sapit aquam.*

*Hoc vinum plus æquo dilutum est.*

*Nihil nisi aquam resipit.) id est, Sapit.*

Nunca

Nunca agua el vino.

*Nunquam vinum diluit.*

Semper merum bibit. id est, Purum.

Vino semper utitur mero.

Meracius bibit. Pone poca agua en su vino.

Dilutius bibit. Echa mucha agua en el vino.

*Meracius & dilutius, in hoc genere loquendi, videntur esse aduerbia: nisi manus subaudire VINUM. Vicinque est, satis constat esse comparatiua propositiuis.*

Nunca beui mas a mi plazer que agora.

*Nunquam bibi, quam nunc, iucundius. Ex Cicerone.*

Nunca beuer ninguno mas me deleyto.

*Nullus unquam potus mihi fuit suauior.*

*Nulla potio me magis unquam delectauit.*

De vna vez sin descansar, o de vn tiron, y golpo beuio todo vn jarro.

*Vnico haustu totum calicem epotauit. uel, ebibit.*

Beuio en tres vezes vna pinta de vino.

*Tribus haustibus uini pintam epotauit.*

Yo beui vna buena vez.

*Semel bibi largissime.*

Pleno haustu semel bebi.

Beue delleno, y rezio.

*Pleno haustu bibit.*

Quando vine de iugar yo beui vna gran copa de vino de vn golpe.

*Vt ueni a ludo, magnum uini cyathum uno haustu epotavi.*

Vazio las quartas.

*Exhaust quartarios.*

Varietas. Exhaust, Siccavit, Exiccavit, Exinanivit, Emacuant,

*cuauit, Vacuefecit, Epotauit, Ebibit.*

*Quartarius, Vna quarta a vino,*

*Quartarius uini. Vna quarta de vino.*

*Tertiarius, Mensura uini apud Parisienses.*

*Tertiarius uini. Vn pote de tres chopinas.*

*Pinta, Vna pinta.*

*Pinta uini. Como vn aſumbre.*

*Cheopina, Vna chopina. Come medio aſumbre.*

*Cheopina uini, Medio aſumbre de vino.*

*Hemixestus, Como vn quartillo.*

*Hemixestus uini: uel, Semisextariolus uini.*

*Broccbus, Vas uinariū apud Parisienses.*

*Oenophorium: Id est, Vas uinariū. Vn vaso para vino, toda manera de vaso de vino, mas principalmente vn cantaro, o cantara, para traer vino. Hec nomina sic usurpat Budæus. Quem cur sequi uerear, boniam tam exacti iudicij.*

*Ha bien beuido.*

*Potauit.*

*Supra modum potitauit.*

*Plus satis bibit.*

*Egregie potus est. uel,*

*Appotus est probe.*

*Ebrius est. Esta borracho.*

*Ebriosus est. Es vn borracho.*

*Varietas. Ebriosus, Vinosus, Vinolentus, Temulentus.*

*Temulentia & ebricitas. La beodez. Nam temetum ueteres pro uino dicebant.*

*Oles uinum. Hueles a vino. uel,*

*Oles temetum, more antiquo.) Pueri uitiose dicunt, Tu sapiſ uinum, & similia. Nam sapere, alium habet usum, ut alibi inuenies.*



inuenies.

*Abstemiui.* Vn hombre que nunca beue vino.

*Mea mater abstemius est.* Mi madre nunca beue vino.

Fue a dormir su vino.

*Init dormitum exhalandi uini causa.* Cicero.

*Edormiscit uinum.* Ex Terentio.

*Nondum crapulam exhalauit.* Cicero.

Da me a beuer.

*Da mihi bibere.* Ex Terentio. *Quòd si (ut fit apud nobiliores) uinifer poculorum infusum poculo uinum eadem operamisceat (id est, uinum diluat) ex more ueterum elegantius dicitur, Misce mihi: uel Misce:)* sub. *Mihi.*

*Sic, Misce illi, Misce Petro, &c.*

Seruián nos vino en el aparador, en aquel combite.

*In eo conuiuio miscebatur nobis.*

Da me a beuer, porque te preste vna taza.

*Da mihi potum pro commodato calice.*

A potuuenio. Yo vengo de beuer.

No ay mas vino.

*Non superest uinum.*

*Non restat uinum.*

*Nihil uini reliquam est.*

*Deest uinum.*

*Defecit panis.* No ay mas pan.

Sobro nos vino del comer.

*Superfuit nobis uinum ex prandio.*

*Aun no han puesto la fruta postrera.*

*Nondum apposita sunt bellaria.*

*Adbuc non apposita est secunda mensa.*

Aun no han puesto el queso.

*Nondum*

*Nondum appositus est casus.*

*Pluraliter tantum, hæc bellaria, bellariorum.* Toda manera de cosas que dan a la fin de la mesa, y comida, como frutas, confites, y otras cosas.

Quando es ayuno, hazen, o suelen comer en lugar de cena, frutas, y confites.

*Ieiunij tempore solent edi loco coena bellaria.*

*Pluraliter hæc tragémata, horum tragématum, Græcum nomen: idem quod Latine bellaria.*

Pon agua sobre nuestras peras.

*Perfunde aqua nostra pyra.*

Echa vino en las peras cozidas, porque se menden mas facilmente.

*Pyra colla nino perfunde, ut facilius decorticentur.*

*Decorticare pyra,* Quitar la corteza de las peras.

Quitar la corteza del leño. *decorticare lignum: id est, Corticem detrabere.*

Ve a comprar nuezes verdes.

*Iemptum nucleos è iuglandibus.*

*Enucleare iuglandes.*

Aun no han quitado las mesas.

*Nondum sublatae sunt mensae.)* A verbo *tollo, tollis, sustuli, sublatum.*

*Nondum ablata est mensa.*

*Mensas remotas improprie dixit Virgilius, pro ablata: Aeneidos primo.*

*An non utimar mappa in Latino sermonet Imò maxime: sed Deponere mappam, non est Latinum, dicitur in hoc genere sermonis. Deponere mappam, No es Latin, a lo menos en esta manera de hablar.*

Quita los manteles que tienes.

*Deponere*

Depone quam tenes mappam. uel Pone.

Dexa tus uel tidos.

Pone togam. uel depone.

Depone uestimenta.

Pone cingulum. Dexa tu cintura.

Quita la mesa.

Aufer mensam.

Tolle mensam.

Quita cada vna cosa por orden.

Tolle suo quaeque ordine.

Ya han quitado la tabla, o mesa.

Ablata sunt mensae. uel,

Sublata est mensa.

Aun esta a la mesa.

Adhuc accumbit.

Nondum surrexit e mensa.

Rechazen la mesa con manjares, ponen de nuouo a comer.

Instaurant dapes.

Tornar a començar a beuer.

Redintegrare potationem.

Instaurare compotationem.

Tornan a beuer de nuouo.

Instaurant pocula.

Integrant potationem. Ex Lilio.

Siempre tiene hambre, come vn lobo.

Instar lupi, semper cibi est auidus.

Varietas. Instar lupi, More lupi, In modum lupi, In morem lupi.

Es mas tragador, que vn puerco.

Est sue uoracior.

Maior



*Maiores illi, quam porco, ingluuiet.*

**Vorax,** El que traga la vianda casi sin maxcar.

Es vn hombre, que come poco.

*Vir est pauci admodum cibi.*

**Homo est non multi cibi.**

No ay, por que temas mi venida, tu tendras en mi vn huésped que coma poco, mas de muchas gracias, y donoso.

*Cicero, Nihil est quod aduentum nostrum extimescat. Non multi cibi hospitium accipies: sed multi ioci.*

Nuestro maestro es pequeño comensal, mas de mucho sueño.

*Preceptor noster cibi est paucissimi, sed plurimum somni, vel contra.*

**Est pauci somni, cibi vero largioris.** Duermo poco, mas come mucho.

Vende su porcion, por auer mançanas.

*Quotidianum uictum uendit, ut inde mala sibi paret.*

No guarda ninguna contenencia en la mesa, ninguna honestidad.

*In mensa nullum modum seruat.*

*In epulando nullum adhibet modum.*

**Varietas.** In mensa, In epulando, In accubitu.

In epulando. Comiendo, y beuiendo.

Rebienta de comer.

*Cibo se ingurgitat.*

*Crapula se ipsum rumpit.*

*Nimio cibo uentrem distendit.*

Llena se hasta la garganta.

*Ad fauces usque replere se solent.*

Hasta el vomito, hasta que vomite.

Ad uomitum usque.

He fauces, faucium, faucibus.

Hic uomitus, huius uomitus.

Mira yo te ruego, este suzio siempre se rasca, y viene siempre al plato sin lauar las manos.

Vide obsecro, iste sordidus semper scabit: nec pudet eum manibus illotis ad mensam accedere.

O la, vos cierto no comereys conmigo, o cierto lauareys las manos.

Heus tu, profectò mecum unà cibum non capies: aut certè manus lauabis.

Heus tu, aut lauabis manus: aut certè mecum unà cibum non capies.

Mira yo te ruego, este mas sopa come, que vn carretero.

Vide, queso: Iste plus edit panis è iure, quàm solet rhedarius.) sub. Esse, Hispanicè, Comer.

Auriga, & scribendum & proferendum est, non origa.

Estos en mi ausencia lo han todo comido.

Isti, me absente, omnia perederunt.

Me absente, perèsa sunt omnia.

Estos cierto han roydo la carne hasta los huesos.

Isti profectò carnes ad ossa usque perederunt.

Falto poco que no traganon huesos, y todo.

Tantum non ossa deuorauerunt.) id est, Parum absuit, quin ossa ipsa deuorauerint.

Perèdo, peres, perèdi, perèsse, uel perèdere, perèsum.

Comer vna cosa sin que quede nada.

As hecho colacion?

An comessatus es?

Comessor, comessaris: id est, Post cœnam epulari. Hazer

colacion, que es despues de cena, o de comer, lo qual se haze por golosina. Vnde fit, ut *Comessari accipiat interdum, pro eo quod est extra debitum tempus crapulari.* Comer a tiempo extraordinario, y tiempo no deuido.

La colacion esta aperejada en mi camara.

*Parata est comessatio in cubiculo meo.*

*Eamius comessationi in meo cubiculo.*

A. *Cur non dicis, IN MEVM CVBICVLVM? B. Quid casus non hic refertur ad uerbum EAMVS: sed ad uerbum COMESSATVM. Est enim sensus: Eamius, ut comessentur in cubiculo meo.*

Vamos hazer colaciona mi casa.

*Eamius ad me comessatum.) Ad me: id est, In domum meam: si casum hunc AD ME, iungis uerbo EAMVS. Vel ad me, pro apud me: id est, Domi meae, si refers ad uerbum COMESSATVM.*

*Ientaculum, El almuerzo.*

*Prandium, El comer, o yantar.*

*Prandiolum, Pequeña comida.*

*Merenda, Merienda.*

*Anteccenium, pro merenda, dixit Apuleius.*

*Cœna, La cena.*

*Cœnula, Pequeña cena.*

*Comessatio, La colacion, o banquete despues de cena.*

E V N D I,



# EVNDI, ABEVN- di, & redeundi.

## CAPVT XXV.

Yo me voy a mi camara.

Eo in cubiculum.

Adeo cubiculum.

Discedo ad cubiculum.

Yo me voy a retraer en mi camareca.

Recipio me in cellulam.

A. Cur non recte dicitur, Vado in cubiculum? B. Quia vado, verbum est ad periculosas, aut maioris momenti profectiones. ut, Vado Romam.

Yo me voy por mis libros a mi camara.

Eo petito libros meos e cubiculo.

Yo voy a la iglesia.

Adeo templum.

Eo in templum.

Concedo in eadem sacram.

Yo me voy a la capilla.

Peto ediculum.) Nam Lutetiae in plerisque gymnasis non sunt templa, sed ediculae, id est, Parua templa: quae nonnulli sacella uocant. Hinc dici solet in huiusmodi scholis, Est in sacello. Esta en la capilla.

Esta en la capilla de san Martin.

Est in diui Martini edicula.) Caue pro hoc dixeris, Capella: quod paruum capram significat.

Yo me voy a tomar lugar en la iglesia.

*Eo captiuis in templo sedem.*

*Concedo in eadem sacram, ad locum occupandum.*

*Eo in templum, ut locum mihi eligam.*

Yo me voy por tomar lugar en la iglesia a mi voluntad.

*Eo captiuis in templo sedem arbitrato meo.*

A. Yo me voy a Paris. B. Dios te de buena dicha.

A. *Abeo Lutetiam.* B. *Beneuertat.* ) *sub. Deus.*

Yo tomo licencia de ti.

*Cum tua uenia discedo.*

Yo me parti ayer con vuestra licencia.

*Heri disceſti cum tua uenia.*

A. Yo me voy a la tierra. B. Ve en buen hora.

A. *Abeo in patriam.* B. *Vade bonis auius.*

*I ſanè ducente Deo.*

*Bene ambulato. Plautus.*

*Vade aze fauſto ſydere. Dicitur etiam. Secundis uentis, & Bonis auſpicijs.*

Vayas, y vengas en buen hora.

*Bene àmbula & redàmbula. Plautus.*

Dios te guie, y te trayga.

*Deus te ducat, & reducat.*

Yo ruego a Dios, que te guie, y te trayga con bien.

*Te ducat Deus, & reducat oro.*

*Ducere, Guiar.*

*Deducere, Acompañar por honrra.*

*Reducere, Tornar le atraer guiando, y acompañando.*

Dios te de buena dicha, o buen fin en lo que quieres hazer.

*Deus bene uertat, quod agas.) Id eſt, Id quod ages, uel id quod*

quod uis agere. Ex Terentio.) *Vulgus dicit, Deus det tibi bonum finem, de hoc quod intendis facere.*

**Acompaña siempre a su amo.**

*Herum semper deducit.*

*Semper it comes domino.*

*Semper dominum comitatur.*

*Herum semper affectatur.*

*A fiduus est domini comes, uel affectator.*

**Nunca se aparta de su lado, o de cabo el.**

*Ab eius latere nunquam discedit. Ex Cicerone.*

**Quando quiera que va por la calle, ha menester siempre vn moço. o criado.**

*Quando per uias incedit, semper utitur comite.*

*Varietas. Quando per uias incedit. Quoties per uicos incedit, Quotiescunque prodit in publicum.*

**Vamos a dentro.**

*Eamus intró.*

*Concedamus intró.*

**Vamo nos, o retraygamos nos alla dentro.**

*Recipiamus nos intró.*

*Introeamus.*

**Entremos a la camera.**

*Ingrediamur cubiculum.*

**Salgamos fuera.**

*Eamus foras.*

*Exeamus.*

*Egrediamur.*

**Vamos y salgamos fuera, al patio.**

*Exeamus in aream.*

**Vamos al jardin, o huerto.**

*Exeamus in hortum.*



*Exeamus foras. uel,*

*Exeamus in vicum.* Salgamos a la calle.

Salio a los arrabales.

*Egressus est in suburbana.*

Fue a su huerto, fuera de la ciudad.

*Exiuit in suburbanum.*

Vamos le alencuentro, o al camino.

*Prodeamus illi obuiam.* Ex Cicerone.

El maestro salio fuera, y Iuan con el juntamente.

*Preceptor iuit foras, & Ioannes unà cum eo. sub. Iuit.*

*Profectus est foras cum Ioanne.*

*Egressus est Ioanne comite.*

Salio fuera acompañado de Pedro.

*Exiuit comitante Petro.*

Fue a ver representar farsas, o comedias.

*Iuit spectatum comediar. Id est, ut spectaret.*

*Varietas. Spectatum, Ad spectandum, Ad spectandas.*

Vamos entrambos a dos al patio, para traer leña.

*Eamus unà in aream, ut ligna feramus.) Area in ædibus urbánis dicitur median spatium uacuum intra parietes. In uilla autem, spatium eiusmodi appellatur cors sine cohors.*

En la ciudad es vn patio, en la casa de heredad en el campo corral, donde crian gallinas, y otras aues.

*Villa.* Casa de heredad en el campo.

*Area maior,* El grande patio.

*Area minor,* El pequeño patio. *Hæc dici debent, ubi due sunt areæ, ut in schola Navarra.*

*Area Mauberti: uel, Area Maubertina.* La plaza Maubert a Paris.

Vamos a passear.

*Eamus*

*Eamus ambulatum.*

*Varietas.* Ambulare, Deambulare, Expatari. Terentius comicè dixit Prodeambulare, ex tribus composition.

Fuèlle a passear.

*Abijt ambulatum.*

Vamo nos a passear al claustro.

*Eamus ambulatum in peristyllo.*

Hoc peristylum, peristylis.

Vamos a passear por passatiempo, y recreation del animo.

*Eamus ambulatum animi causa.*

*Varietas.* Animi causa, Oblectamenti gratia, Laxandi animi causa, Vt animum relaxemus, Vt animum remittamus.

Van se acostar.

*Itur cùbitum.*

*Disceditur cùbitum.*

Acuestanse.

*Cubatur.*

Ya se han ocoestado, o echado a dormir.

*Itur cùbitum est.*

Van dos a dos, o de dos en dos.

*Incedunt bini.*

*Bini gradiuntur.*

Va a pedir agua.

*I petitum aquam.*

*I aquatum.*

Aquor, aquaris, deponens.

Pete aquam.

Vete con el diablo.

*Ad cornos.*) *sub. Abi.*

Vete ala horca.

Abi in malam rem.

Abi in malam crucem. ) Verum ab huiusmodi verbis pueri abstinere debent. Nulla enim imprecatio, ne ioco, quidem, Christianis licet: nempe quibus per Apostolum à Spiritu Dei præceptum est, Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à uobis, cum omni malitia. Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in CHRISTO donauit nobis. Et post, Fornicatio autem, & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in uobis, sicut decet sanctos, aut turpitudò, aut stultiloquium, aut scurrilitas, que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio.

Imprecationes, Hispanicè Ruegos en mala parte, Maledictiones.

Diabolus te possit inferre.

Prò scelus! An ex ore pueri (quem purum esse oportet) prodiere uerbum debet tam detestabile? Quid si te ipsum diabolus corripiat? Quid sine dubio faceret, si à Domino Deo permetteretur. At ego, inquires, non ex animo dico. Estò: sed tamen id, malum uerbum est: etiam ioco dictum. Et igitur qui te offendit, aut nihil omnino respondebis: aut certe sic dices, Amice ignoscat tibi Deus. Bona uerba que so.) sub. Loquere.

Fuelle.

Abiit. Excessit.

Discessit.

Fuelle del colesio, que es no mora mas en el colesio.

Reliquit gymnasium.

Fuelle de la ciudad.

Excessit



Excessit urbe. Cessit urbe.

Huyosse.

Fugit. Ausfugit.

Gano por los pies.

Coniècit se in pedes.

Dedit se in pedes, quantum potuit. ) Id est, Quàm potuit citisimè.

Es muy buen corredor, e huydor.

Est fugitor acerrimus. Plantus.

A hecho banca rota.

Cessit foro.

Mudo la tierra, y lugar.

Vertit solium. ) id est, Sedem ac locum mutauit. Cicero pro A. Cæcinnâ.

Iuit ad requisita naturæ. Fue a las necessarias, o latrinas, o hazer camara. Salustius apud Quintilianum.

A. An non Latinè dicitur, Iuit ad latrinas? v. Dicitur quidem: sed uerecundius, Iuit ad requisita naturæ. Es bien dicho. Iuit ad latrinas. Mas es mas honesto dezir, Iuit ad requisita naturæ. Hazer sus necessidades.

Fue a mear, o hazer yrina.

Iuit ad meendum.

Iuit mielum.

Iuit factum urinam.

Iuit ad reddendam uricam. Ex Plinio.

Meio, meijs, minxi, meiere mielum.

Meio & meijs, dissyllaba sunt: meiere, trissyllabum.

Fue a su padre.

Iuit ad patrem.

Abijt domum patris.

Adiuit paternam domum.

*Concessit in patris aedes.*

Fue a casa.

*Abijt domum.*

*Discessit domum. Concessit domum.*

*Recepit se domum.*

Vamos a mi casa.

*Eamus ad me. Id est, Eamus in aedes meas.*

Saliosse fuera, a la villa, o ciudad.

*Iuit foras.*

*Exiuit foras.*

*Egressus est foras.*

*Exiuit in uicos.*

*Exijt in uias.*

*Est foris.*

No esta aqui dentro.

*Non est hic intus.*

Gena fuera.

*Cenat foris. Id est, Extra domum suam.*

Emos cenado al ayre, fuera de casa, y en descampado.

*Sub dio cenauimus. Id est, Extra tectum.*

*Varietas. Sub dio, Sub diuo.*

A. An non recte dicitur, *Iuit ad urbem?* B. Si eris extra urbem, recte dices, *Iuit in urbem.* si uero fueris in urbe, non recte sic dixeris.

A. Quid interest inter *Iuit ad urbem,* & *Iuit in urbem?*  
B. *Iuit ad urbem.* Fue hazia la ciudad, esto es en algun lugar, cerca de la ciudad. *Iuit in urbem.* Es ido a la ciudad.

Esta cerca de la ciudad.

*Est ad urbem.*

Esta

Esta dentro la ciudad.

Esti in urbe.

Interdum tamen legitur, Erat ad urbem : pro, Erat in urbe.

Fue a preguntar de la venida de su hermano.

Exiit percontatum fratris aduentum.

Egressus est, ut de fratris aduentu percontetur.

Exiit in uicos de fratris aduentu questiturus.

Percontor percontaris: id est, Interrogare.

Es ido a Leon.

Lugdunum profectus est.

Iuit Lugdunum.

Lugdunum concepit.

Es ido a Leon a la feria, o la feria de Leon.

Lugdunum ad mercatum profectus est.

Hic mercatus, huius mercatus.

Es ido a lendito, vna manera de mercado.

Ad mercatum profectus est, quod lenditum uocant.

Iuit ad indictum. ) Sic fortasse liceat dicere : ut M E R-  
C A T V M subaudias. Videtur enim mercatus ille Pa-  
risiensis in agro Dionysiano, sic re uera dictus ab in-  
dicendo : sicut & apud Romanos indictiue ferie dice-  
bantur.

Es ido a la iglesia de nuestra señora.

Ad diuæ Mariæ profectus est. ) sub. Aedem.

Iuit in aedem diuæ Mariæ.

Fue a la chanzilleria.

Adiit curiam.

Iuit in curiam.

Varietas. Iuit, Profectus est.

Es



Es ido al aldea, o campos.

Rus profectus est.

Rus abiit animi causa.

Rus concessit aur e gratia.

Rus aliquò abiit.

Detuuo me seys dias en el campo.

Detinuit me ruri sex dies. Ex Plauto.

Yo me partire mañana luego en emaneciendo.

Discédam crástino die, quam primum illúxerit. ) sub. Sol,  
uel Dies.

Cras abibo cum prima luce. Terentius.

Varietas. Cùm primium, Vt primium, Vbi primium, Statim ut:  
Id est, Statim postquam.

Vsus múltiplex huius uerbi A B E O.

Abeo, Yo me voy.

Es se ido, Ha se ido.

Abijt.

In superioribus exemplis A B I R B ponitur absolutè: id est,  
sine casu.

Alicundè abire. Non tu hinc abis? No te vas de aqui.

Quanto tiempo ha, que tu te partiste de la tierra.

Quampridem abijsti patria?

Porque se va de su padre?

Cur abijt à patre?

Cur discedit à patre?

Que dia partiste de Paris?

Quo die abijsti Lutetia?

El rey se partio de Neuers.

Rex abijt Nowoduno.

Abire

*Abire aliquò.*

Adonde iuas?

*Quò abibas? id est, Ibas.*

Yo no iua a parte ninguna.

*Nusquam abibam.*

Tu no iuas a parte ninguna, mas fingias irte.

*Non abibas, sed simulabas.*

*Abibat foras, nisi obstitissem.) Sub. illi.*

Adonde is, mochachos?

*Quò abitis pueri?*

Y mos a nuestra casa.

*Abimus domum.*

Imos al aldea, o a los campos. *Rus abimus.*

De tres dias a esta parte, mi padre es ido a Leon.

*Abiit triduum pater Lugdunum abiit.) Id est, profectus est.*

*Virgilius, Ipsa Paphum sublimis abit.*

*Abiit in Italiam.* Es ido a Italia.

*Ab eo in templum.* Yo me voy a la iglesia.

Es se ido en algun rincón.

*Abiit aliquò in angulum.) id est, In aliquem angulum. Ex Terentio.*

*Abiit militationem.* Fuefle a la guerra. *Terentius.*

*Abiunt cœnationem.* Van se a cena.

*Abiunt lauatum.* Van se a lauar.

*Abire, pro effluere, elabi.*

Entre tanto se passaron tres meses.

*Interea tres abierunt menses. Ex Terentio.*

Dexar su officio publico.

*Abire magistratu uel, Abire honore: id est, Deponere magistratum.*

Fue

Fue forçado dexar su beneficio.

*Coactus est abire sacerdotio. Ex Valerio.*

Esto no ira ansi, o no se pasara ansi.

*Non sic abibit illud.*

*Terentius, Mirabar, hoc si sic abiret.*

A. Yo me saldre mañana del colegio. B. A que officio te vas tu, o hazer que vida? A. a la practica.

A. *Cras excédam gymnasio.* B. *Ad quod uitæ genus te confers?* A. *Ad formularios.*

A. Que seras tu? B. Legista.

A. *Quid profiteberis?*

*Quam artem professurus es?*

*Quod studium amplecteris?* B. *Ius ciuile.*

Vase a las leyes. Va a la practica, a las mercaderias, al palacio, a finanzas, a la guerra.

*Ad ius ciuile.*

*Ad causidicos.*

*Ad mercaturam.*

*Ad aulicam uitam.*

*Ad publicas rationes.*

*Ad rem militarem.*

*se confert.*

Ha se ydo ha pleytear causas, o a ser abogado.

*Ad forenses actiones se contulit.*

*Est formularius.*

*Est pragmaticus. Sic loquitur Budæus.*

Dexo el mundo.

*Abdidit se in solitudinem.*

Fue se alas soledades, o desiertos.

*In eremum se abdidit. nel,*

*Secessit in eremum. id est, In desertum, In desertam solitudinē.*

Ad



*Ad eremitas se contulit.* Fuesse hazer hermitaño.

Ha se hecho frayle.

*Monasticam uitam professus est.*

Seras tu religioso, o del mundo.

*Vtrum monasticam sequeris, an civilem? sub. uitam.*

No es aun buelto, o tornado de los campos.

*Nondum reuersus est rure.*

Non redijt adhuc rure.

*Adhuc est ruri. Adhuc rusticatur.*

*Agit adhuc ruri.*

A. Adonde mora tu padre? B. En Leon.

A. *Vbi se continet pater tuus? B. Lugduni.*

Si la peste o pestilencia viene y entra en Paris,  
yo me ire a otra parte.

*Si Lutetie pestilentia orietur: aliud me conferam.*

Estamos en peligro de auer este año grande pe-  
stilencia, y mortandad.

*Magne hoc anno pestilentie timor impendet.*

*Hoc anno grauis imminet pestilentia.*

Es buelto de la tierra,

*Regressus est à patria.*

*Redijt à suis.*

*Reuersus est à patria domo.*

Domo redijt. Es buelto de casa. Nam domus eleganter ac-  
cipitur pro patria.

*Virgilius, Qui genus? unde domo? Sic apud Linium sepe.*

Fuesse a su tierra.

*Abijt in patriam.*

*Remigravit ad suos.*

*In patriam profectus est.*

*Reuisit suos. id est, Redijt ad uidendum.*

Natále solum repetiuit.

No estudia ya mas, ha dexado el estudio.

Literis renuntiauit.

Studio literario nuntium remisit.

Desijt artem. Dexo el officio.

Désino, désinis, désini, & per syncopen frequentius desij.

## EXCVSANDI.

### CAPVT XXVI.

Esta cosa da la culpa a mi.

Huius rei culpam in me confert.

Ab se culpam in me transfert.

Liuus, Reus ab se culpam in milites transferēbat.

Reiicit in me culpam.

El me da a mi toda la culpa, y sin causa.

Omnem culpam in me confert: idque iniuria.

Dize que no puede hazer esto, porque esta malo.

Excusat morbum.

Excusat ualetudinem. id est: Dicit morbum sibi esse impedimento.

Morbum causatur.

Morbum in excusationem adducit.

Morbum in causam affert.

Escusafe con el mal de la cabeza.

Cápitis ualetudinem excusat.

Que escriuas tan pocas vezes, no es menester que te excusas por tus negocios.

Quòd rariùs ad me scribas, nihil est quod excuses occupationes tuas.

Porque te excusas diziendo que estoy absente?

Cur me causaris absentem?

La

La enfermedad fue en causa, que no te he escrito  
mas presto.

*Quò minus ad te citius scripserim, in causa fuit ualetudo.*  
*Valetudo. sub. Mala, Id est, Morbus.*

Desculpose por sus cartas de lo que le repre-  
hendian.

*Purgauit se mihi per literas.*) *sub. De eo quod ipsi in uitium*  
*uertebatur.*

Di al maestro, que me tenga por escusado.

*Excusame praeptori.*

*Plautus, Vxori excuses te.*) *Id est, Fac ut uxori te excuses.*

Yo tomo tu desculpa, y escusacion.

*Accipio excusationem tuam.*

Da por escusa, que tiene que hazer.

*Causatur sibi esse negotiosa.*

Quieres dezir que no has bien merecido de ser  
castigado?

*Nunquid causare, quin poenas merueris?*) *Nunquid causarez*  
*id est, Num causam dicis? Causare, pro causaris.*

*Causor, causaris uel causare, uerbum depõnens.*

Yo no pensaua dezir lo, escapose me, o fuesse me  
de la boca.

*Dicere non putabam.*

*Illud excidit mihi.*

*Insciens protuli hoc uerbum. uel, imprudens.*

*Per imprudentiam dixi.*

No pense hazer lo, no lo hize a sabiendas, hize  
lo por descuydo.

*Imprudens feci.*

*Per errorem feci.*

*Errore peccauit.*



Non feci de-industria.

Per imprudentiam feci.

Nesciens feci.

Feci per incogitantiam.

Yo erre por no mirar.

Imprudentia hic à me peccatum est. ) Hoc est, Per imprudentiam.

Hic: id est, in hac re. Aduerbiu est pro nomine.

Lapsus sum per incogitantiam.

Lapsus sum imprudentia. ) id est, Per imprudentiam. ) Labi, pro errare.

Imprudens erravi.

A vos pertence perdonar me, si por la mocedad he en alguna manera errado.

Tuum est mihi ignoscere, si quid adolescentia lapsus sum. )

Hoc est, Per adolescentiam.

Si quid: id est, Si qua in re.

Si qua in re per adolescentiam peccauerim, penes te est mihi ignoscere. ) Penes te est: id est, in potestate tua.

No se que hazer en esto, no puedo remediar lo.

Hic malo mederi nequeo.

Non possum huic malo remedium adhibere. Columella.

Hic rei non queo remedium inuenire. Terentius.

No es mi culpa, o no es mi falta.

Non est mea culpa.

Huius rei non est in me culpa.

Id profecto culpa mea non est factum, uel, non euēnit.

De hac re non sum in culpa. ) id est, Quod ad hanc rem pertinet.

Varietas. Non est mea culpa. Non sum in culpa. Non est in me culpa.

Paresee

Pareſce me, que tu tuuiſte culpa.

*Mibi uidēris in culpa fuiſſe.*

Pareſce me, que no hazes bien.

*Mibi uidēris non rectē facere.*

Yo no fuy cauſa deſto.

*Non in cauſa fui.*

Soy ſin culpa deſta coſa.

*Aliēnus ſum ab eius rei crimine.*

No es por mi negligencia, que yo ſoy venido muy tarde.

*Quōd ſerius uenerim, non mea fuit negligentia.*

*Non mea negligentia factum eſt, ut ſerius uenerim.*

Yo eſtuue abſente ayer, no cierto por mi negligencia, mas por los negocios de nueſtra caſa.

*Abſui heſterno die, non mea quidem negligentia: ſed propter occupationes domesticas.*

Los mochachos no dexan por amor de mi de hazer ruydo.

*Inſſu meo pūeri non deſinunt tumultuari.*

*Admonitione mea non ceſſant à petulantia.*

*Mōnitu meo laſcinia ſua non deſiſtunt.*

*Varietas. Tumultuari, Perſtrēpere.*

## EXPOSTV. landi.

### CAPVT XXVII.

No ay cauſa porque te quexes del.

*Nihil eſt, quod cum eo expoſtules.*

Non eſt, quod eum accuſes.) id eſt, Non eſt aliquid, propter quod eum debeat accuſare.

*Nihil est, quod de illo conqueraris.*

No teney's porque quexaros de nada.

*Non est, quod queraris quicquam.*

No tienes causa ni razon de quexar te de nada o ninguno.

*Non est, quod accuses quempiam.*

Quexose diziendo que yo le auia hecho iniuria.

*Expostulauit mecum de iniuria.*

Pufome delante, y çahyriome el bien que me auia hecho.

*Officiam mihi exprobrant.*

*Cicero, Odiosum sane genus hominũ officia exprobrantium.*

*Expostulare.* Quexarse de algun amigo, de algun enojo que le ha hecho.

Nunca fue entre nosotros alguna que xa.

*Nulla unquam fuit inter nos expostulatio.*

*Exprobrare.* çaherir.

*Exprobratio.* çahirimiento.

*Terentius. Nam isthæc commemoratio, quasi exprobratio inmemoris beneficij.*

Porque me vienes a contar los bienes, que me has hecho?

*Cur tua erga me beneficia commemoras?*

De mi cuchillo casi as hecho sierra.

*Ex cultello meo penè ferram fecisti.*

*Ad exemplum ferræ cultellum meum adornasti.*

*Tua opera denticulatus est culter meus.*) *Denticulatus*, Ex Plinio.

*Hæc ferræ, huius ferræ,* Vna sierra.

*Serrula,* Vna pequeña sierra.

Tu has tanto hecho boto mi cuchillo, que no puede



puede mas cortar.

*Hebeteſti cultrum meum.*

Este cuchillo eſta boto del todo.

*Hic cultellus eſt prorfus hebes. uel,*

*Hic culter omnino eſt obtuſus.*

*Aciam cultri mei retudiſti.*

*Retuſus eſt culter meus.*

*Hæc acies, acièi,* El corte de alguna coſa, o lo agudo.

*Subtilis acies,* Corte agudo.

El corte y agudo de mi cuchillo eſta boto, y gaſtado, que no corta nada.

*Acies cultri mei obtuſa eſt.*

Este cuchillo eſta agudo corta bien.

*Culter hic acutus eſt.) id eſt, Acuta eſt acie,*

*Vulgo dicitur, Bene ſcindit.*

Con eſte cuchillo harian bien la barba, tan agudo eſta.

*Hoc cultello barba radi poteſt: adeò acutus eſt.*

*Plantus. Acutum cultrum habeo.*

Rebota eſte clauo con el martillo.

*Retunde malleo iſtum clauum.*

*Retundo, retundis, rétudi, retuſum.*

*Hic malleus,* Vn martillo.

*Hic malléolus,* Vn pequeño martillo.

*Márculus (ut opinor) proprie ſignificat, Vn martillo.*

*Plinius libro ſeptimo, capite quinquageſimoſexto. Tegulas inuenit Cinyra Agriopæ filius, & metalla æris: utrunque in inſula Cypro. Item forcipem, marculum, uellem, in eadẽ.) Nonnulli corruptè hic legunt ſarculum pro marculum: ſed reclamant doctiſſimi.*

Solias me amar, mas yo no ſe que te he hecho.

*Solebas me amare: uerum nescio qua in re te offenderim.*

*Quid in te commisi, quod à me alienatus es?*

*Nescio quid in te peccauerim: ut ab amore nostro discèderes.*

*Quid commeruì, ut mutuum amorem nostrum dissolui oportuerit?*

*Nescio quid commuerim, quod in me sis stomachosior.*

*Varietas. Solebas me amare. Antea me amabas.*

Tu me solias amar, mas tu no curas ya mas de mi.

*Solebas quidem me amare: nunc uerò contemnis.) sub. me.*

Yo solia acerca de ti ser el primero, o estar el primero en tu gracia, o mas priuado, mas agora yo soy el ultimo.

*Apud te solebam primus esse: sed nunc postremus sum.*

*Me solebas in primis habere partibus: nunc in postremis habes.) sub. Partibus.*

*Antea me omnibus anteponebas: nunc autem longè postponis.) sub. Me.*

Consideremos esto, vengamos a cuenta, y veamos quien tiene justo, o injusto.

*Rem ipsam putemus. Terentius.*

Ten tu lo tuyo y lo que a ti pertence, y dame a mi, o buelue me lo mio.

*Tibi habe res tuas: redde meas.*

Sin razon me quieres mal, o me tienes aborescimiento.

*Iniquè sum tibi inuisus. Immeritò me odisti.*

Sin causa estas conmigo enojado.

*Sine causa tu es in me offensior.*

En eso no me ha hecho injuria ninguna.

*Sine ulla mea cõtumelia id fecit. Ex Cicrone ad Lentulum.*

Odio

Odio me infontem habes.

Hic & hæc & hoc infons, huius infontis. id est. Sine culpa.

El que es sin culpa, e inocente.

Es menester castigar a los maluados, y malhechores.

Sontes afficiendi sunt supplicio.

Lo que hize bien, es menester que tomes a buena parte.

Quod bene feci, boni ut consulas decet. ) hoc est, Decet te in bonam partem accipere.

Non debes, quod ex animo feci, in malam partem accipere.

Todo lo toma a buena parte.

Boni consulit omnia. ) id est, Candidè omnia interpretatur. Sic declarat Budæus.

Item in alio sensu.

Boni consulit omnia. Todo lo toma a bien.

Lo que yo hize de buen animo, lo deues tomar amigablemente, y como amigo.

Quod beneuolè feci, accipere amicè debes.)

Beneuolè, De buen animo.

Amicè, Amigablemente, y como amigo.

Vtrunque est aduerbium.

Sin causa me acufas, y reprehendes.

Immeritò me acufas.

Sine causa me reprehendis.

No tienes razon de me reprehender.

Nihil habes, quod me acufes. ) id est, Non habes aliquid, propter quod me acufare debeas.

Yo recibo gran pena ser acufado de lo que no he hecho.

Vehementer doleo, me de eo, quod nõ feci, acufari. ) Hoc est.



*Dolco uehementer, quòd ego accusor de ea re quam ego non feci.*

No ay causa por que reprehendas lo que yo hize.

*Nihil est quòd meum factum uituperes.) Hoc est, Nulla est causa, propter quam uituperare debeas id quod feci.*

*Nihil est quod) pro Nihil est de quo: Id est, Propter quod.*

Yo no he hecho nada, que me puedan reprehender.

*Nihil feci quod reprehendatur.) id est, Quod possit reprehendi: uel, quod reprehendi debeat.*

*Horatius, Nil sanè feci, quod tu reprehendere possis.*

Por que me reprehendes de aquello, que en ti se ha denotar, y reprehender.

*Cur mihi id uitio dat, quod est in te ipso reprehendendum?*

Tu padre es vituperado por el auaricia.

*Patri tuo uitio datur, quòd auarus sit. uel,*

*Ob auaritiã malè audit pater tuus.) id est. Vituperatur.*

No te hize deshonra, o no te deshonne.

*Non tibi fui dedècori.*

*Hoc dedècus, dedècoris.*

*Nunquã te dedecoraui. Ex Terentio.*

*Nullò te unquam affeci probro.*

*Nulla tibi à me orta est infamia.*

Por tus chismeras, y dichos estoy fuera de la gracia del regente.

*Delatio tua præceptoris uoluntatem à me abalienauit.*

*Tua delatione didáscalus à me alienatus est.*

Tu me diste occasion de peccar.

*Dedisti mihi peccandi causam.*

*Huius facinoris author mihi fuisti.*

In hoc

*In hoc facinore auctoritatem tuam suam secutus.*

*Peccandi occasionem dedisti mihi. Ex Quintiliano.*

*Peccandi ansam mihi praeuisti.) Ansam: id est, Occasionem.*

*Translatio.*

*Ansa, Propiamente es asa, como de vn jarro, o cesta:*

*Ansa tórtilis. Vna asa torcida, como de vna cuerda.*

*Tu hallaste, y fingiste esto, por empecerme, y hazer me daño.*

*Hoc, ut mihi noceres, commentus es.*

*Varietas. Ut mihi noceres, Ut me la deres, Ut mihi incommo dares.*

*Communis cor, comminisceris, commentus suam uel sui, communi nisci, uerbum depónens.*

*Varietas. Commentus es, Confinxisti.*

*Por tu consejo, y poder, y buen gouierno.*

*Virtute id factum est, ac magisterio tuo. Ironia ex Plauto.*

## F A C E R E.

### C A P V T XXVIII.

*Yo te dexare hazer a tú plazer.*

*Libidini tuae non aduersabor.*

*Nihil tibi repugnabo.*

*Concedam tibi.*

*Tuae morem geram uoluntati.*

*Tibi hac in re obsequar.*

*Tibi morigerabor.*

*Sinam te tuo more facere.) id est, Tuae uoluntate.*

*Varietas, Tuo more, Tuo modo, Tuo arbitrio, Tuo arbitrio tu. A tu fantasia, y plazer.*

*Haz esto a mi peligro.*

Illud meo periculo fícito.

Si yo hiziere otra vez eso, y o quiero ser a çotas do desnudo.

*Si quid unquam simile peccauero, uolo nudus uapulare.*

*Si hoc item semel fecero, tergo nudato cædi paratus sum.)*

Hoc: id est, Idem: quod scilicet feci.

Siempre haze algo. Nunca esta ocioso. Nunca re-  
posa, o cessa.

*semper agit quicquam.*

*Nunquam est otiosus.*

*Nunquam cessat.*

*Afiduus est in opere.*

*In rebus agendis est occupatissimus.*

*Omnino uersatur in negotio.*

*Agere & cessare contraria sunt.*

Agere, Trabajar.

Cessare, Estar ocioso.

No cesses por falta de tinta.

*Noli cessare per atramentum.) id est, Propter atramenti pen-  
uriam.*

No hazes nada.

*Nihil agis.) Id est, Cessas.*

*Semper cessas.*

*Remisse agis. Tu trabajas floxamente.*

*Quid cessas? Porque cessas? Porque no te despachas,  
y das priessa?*

*Cessas? Acabaras?*

*Etiã cessas? Aun estas ay?*

*Que cessas y dexas de obrar con ese tacaño?*

*Quid cessabas cum isto nebulone?*

Cierto tu eres vn perezoso, y ocioso.



*Næ tu es cessator insignis.*

Siempre me haze algo.

*Est erga me contumeliosus.* ) Erga me, Id est, Contra me.

*Plautus.*

Siempre me viene a enojar.

*Est in me iniuriosus.*

Semper me lædit.

Semper me læsifit.

*Varietas. Læsifit, Prõnocat, Irritat.*

Haze se bien valer en la guerra.

*Fulminat in bello.*

*In re militari strenuissimè uersatur.*

*In bello fortiter agit.*

*In armis fortiter se gerit.*

Por hechos de armas alcança grande fama, y nombre.

*Bellieis rebus famam sibi cõparat.*

Por su saber y sciencia alcanço grande nombre, y fama.

*Magnam sua doctrina famam consecutus est.*

*Varietas. Consecutus est, Sibi comparauit, Sibi parauit.* ) *Famam: id est, Nominis celebritatem & gloriam.*

*Varietas. Doctrina, Eruditione.*

El se mostro oy magnificamente. Hizo se mirar de todos.

*Magnificè hodie sese ostentauit.*

*Omnibus se spectandum præbuit. uel, exhibuit.*

*Spectaculo fuit omnibus.*

Quando dize algo en la sala de coro, haze se bien oyr.

Quoties

*Quoties in triclinio pronuntiat, ipse sibi audientiam facit.*

Yo hize esto cierto de buen coraçon.

*Libens equidem feci.*

*Haud grauatè feci.*

*Perlibenter feci.*

*Illud quidem feci libentissimè.*

*Illud feci, atque adeò libenter.*

*Nihil feci libentius.*

*Nihil est quod æquè libens fecerim.*

Yo hize cierto aquello de buen animo.

*Illud sanè feci ex animo.*

Yo hago esto contra mi voluntad.

*Hoc facio inuitus.*

*Ingrâtis hoc facio.*

*Ingrâtus facio.*

*Hoc facio grauatè.*

*Facio id grauatim.*

*Hoc negotio grauior. Ex Quintiliano.*

*Haudquâquam ex animo facio.) Haudquâquam. id est, Non,*

*Nequâquam, Nullo modo.*

*Egrè id facio.*

Con dificultad, y ami pefar vengo a hazer esto.

*Inuitus hoc aggredior.*

Yo no hago cosa mas contra mi voluntad.

*Nihil magis inuitus facio.) sub. Quàm illud.*

No hago cosa mas alegremente, y de voluntad.

*Nihil facio inuendius.*

No hago cosa de mejor coraçon.

*Nihil facio libentius.*

No me des rezió, y que cierto nunca tornare jamas.

*Mitius*

Mitius age mecum: certè ego nunquam recidam. ) Hoc dicunt pueri, cum per lasciuiam se uicissim cœdunt: Quando se așotan el vno con el otro por iuego.

Es bueno tener entrada, y conuersacion con los porcionistas de la gran porcion, por que suelen dar de su vino a los suyos.

Supremis conuictoribus expedit coniunctum esse: nempe qui de suo uino soleant suis impertiri,

Varietas. Supremis conuictoribus expedit coniunctum esse,

Optima est primorum conuictorum societas.

Haremos oy buena gera, tratarse bien.

Hodie frontem exporrigemus.

Indulgebimus genio.

Hoc die curabimus egregie cuticulam.

Hilarem suemus hunc diem. Ex Terentio.

Hodie genialiter epulabimur.

Curare cutem, Curare cuticulam, Indulgere genio. Genialiter uiuere. Hazer buena gera. Tratar se bien.

Trato nos bien al cenar, o a la cena.

Optime nos in cœna tractauit.

Cœna ille optima nos accepit.

Trato nos como a papas.

Conuiuio pontificio nos accepit.

Pontificio apparatu accepti sumus.

Cenamur magnificamente.

Pontificiam cœnam cœnamur. Pontificia cœna: id est, Opifera & laeta, in modum cœne pontificie. Vna cena delicada, y sumptuosa. Tractum ex more ueterum pontificum.

A todos recibe alegremente.

Leto uultu omnes excipit.

Omnibus



*Omnibus arridet.*

*Quemlibet obuium serena fronte solet excipere.*

*Varietas. Serena fronte, multu sereno, multu placido.*

*Omnibus arridet. A todos rie.*

Yo hare con mis parientes que vaya este año a oyr la dialectica.

*Sollicitabo parentes, ut me hoc anno conferre ad dialecticam liceat.*

*Cesar, Ciuitates per literas sollicitabat.*

*Varietas. Sollicitabo parentes, Agam cum parentibus, Suas debo parentibus, Contendam a parentibus.*

*Parentes: id est, Patrem & matrem. Tametsi de ceteris quoque consanguineis P A R E N T E S dictum legimus.*

*Verum (ut sepe monemus) seruanda est uerborum proprietat.*

*Nunca haras nada, nunca seras rico.*

*Nunquam rem facies. Terentius.*

*Nunquam diues eris.*

*Nunquam tibi consules.*

*Varietas, Consules, Prospicies.*

Despues de auer bien hecho su caso, torno bueno y sano, y saluo.

*Re bene gesta saluus redijt. ) Id est, Post rem bene gestam.*

Hizo bien su caso. Negocio bien. La fortuna le fue fauorable.

*Rem suam fecit ex sententia.*

*Fortuna illi secunda fuit.*

*Res illi prosperè cessit.*

*Optatis eius fortuna respondit.*

*Fortuna illi arrisit plurimum.*

Bene

*Bene res illi successerunt.*

*Varietas. Ex sententia, Ex animi sententia.* Como deseaua, y quera.

No es segun deseo, no me plaze en maneras del mundo.

*Non est mihi ex sententia.* ) *Id est, Non placet mihi.* Ex Plauto.

Yo he hallado vn maestro a mi plazer.

*Præceptorem naclus sum ex animi sententia.*

*Varietas. Naclus sum præceptorem, Mihi obtigit præceptor.*

Aun no son destribuydos los estudiantes en sus classes, no se han ordenado las reglas.

*Nondum scholastici in classes distributi sunt.*

*Varietas. Distributi sunt, Diuisi sunt.*

*Gymnasiarcha scholasticos in classes nondum partitius est.*

Haz lo lomas presto que ser pudiere.

*Istud cura, quantum potest.* ) *sub. Curari: id est, Quamprimum fieri possit.*

No haze nada con conciencia, no haze con cuydado, y diligentemente como pertenece.

*Nihil religiosè administrat, Hoc est, Perfunctoriè facit omnia.* Ex Columella.

Hazes consciencia de so?

*Hocce in religionem uertis?*

*An id facere, religio tibi est?*

*Pedere in templo quibusdam mulierculis religio est. Hoc autem religionis genus, propriè dicitur superstitio: id est,*

*Stulta & inepta religio, inanisque Dei timor.*

Donde te vino agora esta nueua religion?

*Vnde tibi tanta incesit religio?*

Que

*Que tanta religio tibi est?*

Puso me en escrupulo de conciencia.

*Religione me obligauit.*

*Obstrinxit me religione.*

Tu me quitaste todo el escrupulo de conciencia.

*Omni religione me exoluisti.*

Yo le he puesto en grande cuydado.

*Inieci homini scrupulum. ) Homini: id est, Ei, uel illi, ut alio in loco docemus.*

Tu no hazes esto por religion, mas por hypocrisia.

*Non religione, sed ficta religione istud facis.*

*Varietas. Ficta religione, Simulata religione.*

*Hypocrisis autem Latine simulatio dicitur.*

*Hypocrites, uel hypocrita: id est, Simulator.*

Haze del simple, mas es vna raposa.

*Ouem in fronte, uulpem in corde gerit. Prouerbiu.*

Tu hazes esto negligentemente.

*Perfunctorie istud facis.*

*Rem supinus agis. ) id est, Perfunctorie & negligenter.*

*Facis omnia perfunctorie.*

Tu no hazes nada, sino por ser despachado.

*Nil, nisi perfunctorie facis.*

Rebueluese a manera de culebra de la cabeza a los pies.

*A capite in pedes imos se reuoluit.*

As hecho de mi libro? As usado harto de mi libro?

*Satisne usus es libro meo?*

*An tu satis usus es meo codice?*

Tienes aun necesidad de mi libro?

*Adhuc est tibi meus liber necessarius?*

Aua



o Aun tengo necesidad de tu cuchillo, no he vfa-  
do harto de tu cuchillo.

*Tuo cultello nondum satis usus sum.*

*Cultellus tuus adhuc est mihi necessarius.*

*Adhuc egeo tui cultelli.*

Esta soberuio por que es de la grande porcion.

*Elatus est, quia de primis est conuictoribus.*

*Varietas. Elatus est, Superbit, Inflatu est fastu, Insolefcit,*

*Est insolentior, Fastidio sese effert, Fastidiosus est, Tu  
met superbia.*

*Gloriosus significat glorie cupidum. ut apud Terentium,  
miles gloriosus. Vn soldado glorioso, que quiere  
ser loado siempre en todo lo que haze o dize, y  
que desea que le concedan todo.*

Vn hombre glorioso, quiere y guarda los lifon-  
jeros, y truhanes.

*Homo gloriosus assentatores fouet.*

Vn soberuio a todos menosprecia, y no puede  
sufrir a ninguno.

*Superbus omnes pro se contemnit, atque adeo neminem ser-  
re potest.*

Quien quiere pareecer rico, como sea pobre, es  
vanaglorioso, y al fin qualquiera que todo lo  
pone en muestra por vana gloria.

*Qui vult uideri diues cum pauper sit, gloriosus est. & deni-  
que quisquis omnia ad ostentationem refert.*

*Gloriosa uictoria: id est, Glorie plena: in bonam partem.*

Es bien soberuio y glorioso, que da a los otros  
con su manga.

*Est insolens supra modum, ut qui manica sua semper alios  
tangat.*

No hizo conmigo como enemigo. No hizo lo peor que pudo.

*Egit mecum non inimicè.) Vide plures formulas sub titulo ADVERSANDI.*

Tu hazes e imitas bien al maestro de aldea, bachiller de alguna villa pequeña.

*Rectè aſimulas agreſtem doctorculum.*

*Probè referſ rùſticum magiſtrum.*

*Quam pulchrè agis triviàlem ludimagiſtrum.*

Doctorculus, à doctor: ſicut amatorculus ab amator, diminutiva ſunt per contemptum dicta.

Ludus, id eſt, Schola. Vn eſcuela.

Magiſter ludi literarij: nel una dictione, Ludimagiſter: is eſt, qui primas literas docet. Vn maestro de eſcuela.

Tu hazes del loco.

*Stultitiam ſimulas.*

*Aſimulas ſtultum, dementem, ſolidum.*

Tu hazes del enfermo, tu contrahazes el enfermo.

*Aegrotum ſimulas. uel,*

*Tu ſimulas morbum.*

*Simulare, Diſſimulare, Fingir, contrahazer.*

Aun que eſta enfermo, pero toda via cubre y diſſimula tanto ſu enfermedad, que ninguno la ſienta.

*Morbum ſuum diſſimulat. Id eſt, Quamvis aegrotet, tamen ita morbum obtegit, ut nemo ſentiat.*

Tu no eres el que pareſces, tal como mueſtras.

*Non eſ quod ſimulas.*

Haze ſe enfermo por ſe ir del colegio.

*Aegrotum ſimulat, ut ſoluatur gymnaſio.) Solutur, quaſi carcere.*

carcere. Nam plerisque scholasticis gymnasium uidetur  
carcer esse.

Hazes del sordo.

Tu surdum simulas.

Contrahazes el sordo.

Quasi uerò non audias.) Hoc est, Ita fingis non audire, quasi  
prorsus nihil audias.

Tu oyes bien, mas hazes que no oyes nada.

Audiens non audis.

Audire dissimulas) id est, audis quidem, sed simulas te non  
audire.

Tu me hazes mucho esperar, yo tengo de ir a  
otra parte.

Tu me morâris: aliò sum profecturus.

Yo tengo que hazer en otra parte.

Est mihi alibi negotium.

Varietas. Tu me morâris, Me tardas, Me détines, Me re-  
morâris.

Aliò, aduerbium ad locum significans.

Yo no tengo por el presente lugar ni espacio  
para contarlo.

Hæc hora non est mihi ad id narrandum uacua.

Yo te hago mucho esperar.

Soni tibi in mora. Ego te plus æquo demoror.

Ego te nimis moror.

Gasta mucho. Haze grandes gastos.

Sumptus facit maximos.

Magnam insumit quotidie pecuniam.

Magnas impendit facultates. Facit magnas impensas.

Comunmente haze grandes gastos. Ordinaria-  
mente gasta mucho.



*Quotidianos sumptus magnos facit.*

Segun lo que tiene, o lo que ay, se ha degastar.

*Vt res patitur, sumptus faciendus est. Ex Plauto.*

Yo hare de lo mio gasto, yo gastare de mi hazienda, y de lo que tengo.

*Sumptum de meo faciam. De meo, de tuo.*

*Plantus in Trimum. Bene uolo ego illi facere, si tu non abnuis.*

R. Nempé de tuo. Si bien, mas de lo tuyo.

Gasta mas que no gana.

*Sumptuosus est magis, quam questuosus. uel,*

*Sumptuosior est, quam questuosior.*

Grande ganador, y pequeño gastador.

*Plerimum questuosus, parum sumptuosus.*

Grande gastador, y pequeño ganador.

*Plerimum sumptuosus, parum questuosus.*

*Parum questuosus, plerimum sumptuosus.*

Vn gran gastador. *Sumptuosus homo: id est,*

*Qui magnos facit sumptus.*

*Sumptuosus ager. id est, In quo exercendo & colendo magnos sumptus facere oportet.* En el qual se gasta mucho labrandole.

*Sumptuose aedes.* Vna casa que cuesta mucho a mantener, y sustentarla.

*Sumptuosa domus.* Vna casa de grandes gastos.

*Ea domus sumptuosa est. Terentius.*

El combite, y banquete fue sumptuoso, y costoso.

*Sumptuosum fuit conuiuium.*

*Questuosus ager: id est, Ex quo magna utilitas & magni fructus percipiuntur.* Del qual se ha mucho provecho, y fruto.

*Cato capite primo, Scito, idem agrum quod hominem: quantum questuosus fiet, si sumptuosus erit, relinqui non multum.*

Aquello hizo y acabo a grandes gastos, y perdida.

*Magno sumptu ac dispendio eam rem perfecit.*

*Non sine magna impensa, atque damno id negotij confecit.*

*Dispendium: id est. Daño. Daño, y perdida.*

No le costo nada de hazer aquello.

*Hac in re nihil damni fecit.*

*Hanc rem nullo confecit dispendio.) id est,*

*Sine ullo damno.*

Mañana se hara vn doctor en theologia, o tomara el bonete de doctorazgo.

*Quidam laurea theologiæ cras donandus est.*

*Crastino die quidam suprema theologiæ corôna decorabitur.*

Hizo vna muy buena buelta.

*Mirabilis eius fuit circumfultus.*

*Hic circumfultus, huius circumfultus.*

Tu haras muy bien, si me negociares esto, o esta cosa.

*Perbellè feceris, si hoc mihi confeceris negotium.*

Haze crencha.

*Capillos à fronte discernit.) Hinc discerniculum, est acus, qua discernuntur capilli. Quo instrumento antiqui utebantur.*

*Comam frangit in gradus. Ex libro primo Quintiliani.*

No lo hare contra mi voluntad.

*Haud faciam inuitus.*

*Nunquam me isthuc adiges.*

*Nunquam, ut hoc faciam, impelles.*

*Non coges uoluntatem meam.*

Tu lo hiziste a sabiendas.

*Sciens fecisti.*

*Prudens fecisti.*

*Fecisti de industria.*

*Varietas. De industria, Ex industria, Data opera, Consilio, Consulto, Dedita opera.*

Tu quexiste, y trabajaste de hazer aquello de tu voluntad, y ti mesmo, no por mi, o por que yo te induziessse a hazerlo.

*Eam rem tua sponte conatus es, non impulsu meo.*

*Conari, Esperimentar, y prouar a hazer vna cosa, la qual no pueden acabar de hazer.*

Siempre procuraste de me empecer, mas tu no pudiste.

*Semper mihi nocere conatus es.) Hoc est,*

*Semper tentasti mihi nocere, sed non potuisti.*

Tu heziste eso de tu authoridad.

*Iniuissus id fecisti.*

*Illud fecisti iure tuo.*

Tu heziste eso sin que el maestro te lo encomendasse, o mandasse.

*Iniuissu praeceptoris id fecisti.*

Tu me fuerças de ir a donde no quiero.

*Tu me trahis.*

*Tu me ducis inuitum.*

*Ducis me, quò quidem ire nolim.*

Yo hize vn verso sin pensar en ello.

*Feci uersum sine industria.) Ut in hac re exercitatis exciunt sepe uersus in quotidiano sermone.*

*Cicero. Semper haec quae Graeci antitheta nominant, cum contrarijs*



contrarijs opponuntur contraria, numerum oratoriam  
necessitate ipsa efficiunt: & cum sine industria.) Hoc est,  
Etiam si non aduertat. Yaun sin pensar en ello, sin  
mirar. Cui contrarium est, de industria: de quo pau-  
lò antè.

Haze versos sin pensar antes.

Ex-tempore uersus facit.) id est, Sine præmeditatione.

Facit uersus extemporales.

Extemporarium carmen condit.

La causa por que hizo esto es facil de dezir y cla-  
ra, la razon es manifesta.

Cur id fecit? In promptu causa est.) id est, Præsens, parata,  
dictu facilis.

Yo tengo aparejados testigos, y tengo que pue-  
da allegar de presto.

Est mihi in promptu testimonium.

Tu tienes siempre a la mano escusaciones.

Semper habes in promptu causas.) id est, Semper habes ad  
manum excusationes.

Yo llene tãto mi tintero de tinta, que derraman-  
dose por el libro lo he borrado y ensuziado.

Adeò repleui meum atramentariũ, ut effuso in librum meum  
atramento, illum contaminãrim. uel, Ut effuso atramento  
meum librum macularim.

Derramo mi vino.

Effudit uinum meum.

Hizo caer mi bonete.

Decussit mihi pileum.

Pileum meum decussit.

Sacudiendo me hiziste caer mi bonete.

Excussisti mihi pileolum.

*De* Excutere. Propriamente significa sacudir.

Sacude este arbol, porque tengamos fruta.

*De* Excute istam arborem, ut inde fructus habeamus.

*De* Nuestro cavallo es coceador, y echa alque va encima, a cada passo en tierra.

*Equus noster est excussor.* Id est, Sessorem ferre nequit, sed eum dorso excutit.

Me echo en tierra.

*Me prostravit humi.* id est, in terram.

*Hec humus, huius humi.* Sed genitivus HUMI, quasi adverbium ponitur.

Deiécit me in terram.

Dio me tan gran golpe, que me echo en tierra.

*Percussu me deiécit.* Hic percussus, huius percussus: id est,

Percussio. Ex Plauto.

Del todo me tendio en tierra.

*Omniño me afflixit humi.*

Echar vn hombre en tierra todo estendido.

*Prosternere vel affligere quempiam.*

Ansi le echo, y tendio, que no se pueda levantar.

*Sic afflixit eum, ut se releuare non queat.*

El me hezo tomar esto, aun que no queria.

*Hanc rem mihi obrúsit.*

*Hoc munus obrúsit mihi.*

Alcanço nos licencia de jugar.

*Impetráuit nobis ludendi ueniam.*

*Ludi copiam nobis exorauit.*

*Ille nobis impetráuit remissionem.* id est, Laxamentum.

Recreacion.

*Quantilianus, Modus tamen adsit remissionibus: ne aut odium*

odium studiorum faciant negat: aut otij consuetudinem ni  
 mie.

Hizo que lo dixesse.

Fecit ut dicerem.

Impulit ut dicerem. ) sub. illud.

Vt hoc dicerem, persuasit mihi.

Me pepulit ut dicerem. ) id est, Mibi persuasit, Me impulit,  
 Fessus.

Hiziste me errar.

In errorem me induxisti.

Quod peccauerim, tu in causa fuisti.

Erravi te impulsore.

Impulsor. El que incita a hazer vna cosa.

Hize hazer esto, procure.

Curavi hoc faciendum.

Curavi, ut hoc fieret.

Curavi factum. ) id est: Vt fieret.

Por tu causa lo hize.

Tuo impulsu illud feci.

Hoc ut facerem, me impulisti.

Coegisti me hoc facere.

Te authore id feci. uel, Te impulsore.

Tu le hiziste hazer, y le incitaste.

Tu illum impulisti.

Por que me reprehendes de aquello que hize por  
 tu causa?

Cur mihi cau rem uitio dat, cuius ipse author fuit?

Por tu consejo, fue hecho esto.

Te suasore id factum est. ) Hoc est, id faciendum suscitasti. Ex

Plauto. Tu diste consejo desto, o aconsejaste.

No lo hizo por mi consejo.



Me impulsore id non fecit.

Non impulsus, ut faceret.

Me authore non fecit illud.

El me hizo hazer esto, por sus prometimientos.

Eius promissa huc me induxerunt.

Promissis eius ad hanc rem adductus sum.

Huc me suis magnificis promissis impulit. ) Huc id est, Ad hanc rem faciendam.

Pollicitis suis ad hoc me adëgit.

Adigo, adigis, adëgi, adactum, hic significat impellere. Incitar, e impellir alguno a hazer alguna cosa.

Promissum & Pollicitum, substantiua sunt nomina ex participijs.

Ouidius, Pollicitis dives quilibet esse potest.

Ya esta tornado a poner en orden el relox.

Horologium in suum cursum reductum est.

Hizo enojar al maestro.

Commouit præceptorem.

Iram præceptoris irritauit.

Exacerbauit didascalum. Linus.

Si yo te he hecho algun mal, yo lo emendaré.

Siquid te offenderim, tibi corrigam. ) Si quid: Id est, Si qua in re.

Varietas. Si quid te offenderim, Si qua in re te leserim, Si qua à me profecta sit ad te offensio, Si quid in te commiserim, Si quid aduersum te deliquerim, Si qua offensiuicula tibi à me facta est, Si quid iniuriæ tibi feci.

Offensio. Desplazer, y offensa.

Offensiuicula. Pequena offensa.

Iniuria, Hispanicè, Injuria.

Tu me hazes injuria.

*Tu facis mihi iniuriam.*

Mi madre hara matar puercos,

*Curabit porcos cadendos mater.*

*Varietas. Cedere porcos, Occidere porcos.*

*Cicero. Cecidit greges armentorum.*

Trucidare, Matar, como matã vn puerco, o vn buey,  
que le dan vn golpe sobre la cabeça.

*Videtur malleo trucidare.*

*Maclare porcos, oves, aut boues, proprie in sacris dicebatur.*

*Virgilius, Maclant lectas de more bidentes. Id est, Oves.*

*Idem. Solennes taurum ingentem maclabat ad aras.*

*Delicias facis.* Hazes te rogar, hazes del delicado y honesto.

Es demasadamente cortesano. Es muy gracioso.

*Homo est plus satis urbanus.*

Haze del muy bien criado.

*Agit hominem plus satis urbanum.*

Ea haras te rogar.

*Eia, delicias facies.*

Como sabe fingir!

*Vt probe simulat!*

*Quam recte a simulat!*

*Vt malus simulat!*

*Quem pulchre sibi multum componit!*

*Quam probe multum fingit!*

*O probum simulatorem!*

Agrada se a si mesmo marrauillase de si.

*Sese miratur.*

Sibi

*Sibi ádmódiúm placet.*

*Plurimam sibi tribuit.*

*De se magnificè sentit.*

*Se magni facit.*

El esta tan contento de sí que menosprecia a todos los otros.

*Ita se circumfert, ita se uénditat: ut præ se ceteros contemnat.*

Precia se, y estimase mucho, o tiene se en mucho estimasse mas que vale.

*Tribuit sibi nimium. uel, Plus æquo sibi tribuit.*

Es muy soberuio.

*Nimium sibi placet.*

*Plenus est fastu. id est. Superbia.*

*Præ se omnes contemnit.*

*Elatus est fastidio.*

*Rex sibi uidetur.*

O que estas muy soberuio, y contento con estos vestidos nueuos?

*Quàm tibi places nouis istis uestibus?*

Es amigo de gloria, quiere se mucho mostrar.

*Homo est ambitiosus.*

Es vn hombre, que no es deseoso de gloria, que va simplemente, que no cura de se mostrar.

*Homo est minime ambitiosus. Ex Cicrone.*

Como se alaba, y muestra por vana gloria.

*Vt sese iactabundus ostentat.*

*Vt se circumfert.*

*Vt sese uénditat.*

Contrahaze muy bien los otros.

*Aliorum uultus mirè fingit.*

Hominum



*Hominum gestus probe simulat.*

*Aptissime refert pantomimum uel, representat.*

*Varietas. Fingit, Simulat, A simulat.*

Remeda o imita la costumbre de los otros.

*Aliorum mores effingit, uel, imitatur.*

Contrahaze las palabras de su maestro.

*Effingit uerba praeceptoris.*

*Quintilianus libro primo. Harum uerba effingere imitando conabitur.* De puero & nutricibus loquitur.

*Pantomimus.* Vna manera de hombre, que sabe contrahazer los gestos, y maneras de cada vno.

No ay por que te ensoberuezcas tanto, no ay causa de ser tu soberuio, y glorioso.

*Non est, quod tanto pere superbiat.*

*Nihil est, cur esseraris.*

*Non est, quod insoleseat.*

*Non est, quod tibi tantos spiritus sunt.*

Donde tomaste tanta presuncion?

*Vnde tibi tantam arrogantiam sumpsisti?*

*Quid est, cur ita attollas animos?*

*Non uideo, cur tibi placeat.*

Al comienço eres osado, mas temeroso quando se viene al hecho.

*Initio confidens, in facto es timidus.*

No ay ninguno, que no pueda hazer lo que tu hazes.

*Quae tu facis: quilibet facere potest.*

*Nemo non potest, quod facis, efficere. id est, Quilibet potest.*

No ay ninguno que no puede hazer esto.

*Quilibet id faciat.* Id est, Facere potest. Ex Plauto.

*Varietas.*

*Varietas. Quilibet, Quivis: id est, Hic, uel iste, uel ille, siue unus è multis, non refert quis ille sit.*

Toma de todas estas plumas, o cañones, o pendo las, qual querras.

*Harum pennarum quamlibet accipe.*

Destas dos cosas escoge la que querras.

*Ex his duobus utrumuis accipe.*

*Elige utramlibet.*

En ausencia de aquel nunca se haze nada.

*Absente illo, nihil fit unquam. ) id est, Nihil fieri solet.*

Su presencia, o que este presente es necessario en todas cosas.

*Eius presentia omnibus in rebus est necessaria.*

*Agendis omnibus eum interesse oportet.*

No te hara nada, o no te tocara mientras que yo estuuyere presente.

*Nunquam, dum ego ádero, hic te tanget. Terentius.*

*Me presente nihil tibi faciet. ) sub. Mali.*

*Terentius. Quid feci tibi id est, Quam iniuriam tibi feci?*

Nunca hize con el de otra manera, que si fuessse mi hermano.

*Nunquam secus illi feci, ac si frater esset.*

El maestro no me hizo nada, no me așoto, perdonome.

*Præceptor mihi pepercit.*

*Dedit mihi ueniam.*

*Mibi ignouit.*

*Donauit me impunitate.*

*Remisit mihi noxiam. ) id est, Delictum.*

*Ignouit errori meo.*

*Dedit mihi errati ueniam. ) id est, Peccati.*

*Remisit*

*Remisit culpam.*

*Omni peena me absoluit.*

*Amisit me liberrimum. ) id est, A se dimisit.*

Por amor de ti yo le perdono su falta.

*Hanc eius culpam tibi condono.*

Yo te perdono esto por que lloras.

*Id condono tuis lacrymis. Ex Plinio iuniore.*

No perdona facilmente el error de alguno, por el plazer de otro, o por agradar a otro.

*Haud facile alterius libidini malefacta condonat. Ex Salustio.*

Nuestro maestro fauorece a todos por igual, o igualmente.

*Præceptor noster est idem omnibus.*

*Omnibus ex æquo fasces.*

*Omnibus est æquissimus.*

No a hecho otra cosa oy todo el dia que correr, y andar de aca para alla.

*Cursando, atque deambulando, totum hunc diem contriuit. Ex Terentio.*

*Discursatione totum consumpsit diem.*

*Sursum deorsum cursitando, totus hic dies illi perijt. ) id est,*

*Effluxit.*

Yo tengo tan gran deseo que véga mi padre, que yo no hago que contar los dias.

*Singulas penè horas ad cæculum uoco, quæ deo patris aduentum auide expecto. ) id est, Desyhero.*

*Terentius, Expecto quid uelis. ) Hoc est, Desyhero : sub.*

*Scire.*

*Ita patris aduentum desyhero, ut temporis omnia penè momenta dinumerem.*

Todo lo rebuelues, todo lo barbullas o trafagas.

Cintra



*Omnia perturbat.*

*Nihil non conturbat.*

*Omnia permiscet.*

No haze que reholuer, y sembrar discordias.

*Ille interturbat omnia.*

No hazes que hablar en vano.

*Nugas dicis.*

*Nihil aliud, quàm ineptis.*

*Picariam more tantum garris.*

No dizes cosa que valga.

*Nihil aliud quàm nugaris.*

No hablas nada a proposito.

*Nihil ad rem loqueris.*

*Pluraliter tantum, ha nuga, nugarum.* Palabras vanas, y sin provecho.

El me engaña, y se burla.

*Me eludit.*

Eres vn gran parlero, y hablador de cosas vanas.

*Magno conatu magnas nugas dicis. Plantus.*

En la lición no haze sino hablar.

*Semper garrim praelectione.*

*Praelectionis tempore, nihil aliud quàm fabulatur.*

*Totum praelectionis tempus in fabulis terit.*

Quando el Maestro no esta presente no haze que hablar.

*Absente praecceptore semper lascivit.*

No haze, que hazer del loco, quando el Maestro no esta presente.

*Die scalo absente, nihil aliud quàm ineptit.*

Los moachos hazen desordenadas cosas y locuras, porque no tienen que hazer, o por la ociosidad.

ociofidad.

*Lasciuunt pueri per otium.*) id est, *Propter otium.*

Los que estan siempre muy ocupados, no tienen espacio, y lugar de hazer locuras.

*Seneca ad Lucilium, Nunquam uacat lasciuire districtis.*) id est, *Vehementer impeditis.*

*Lasciuere & ineptire, alibi inuenies.*

Burlando hize effo.

*Ludens feci.*

*Ludo feci.*

*Per ludicrium feci.*

*Per lusu feci.*

Yo dixee esto por burla.

*Ioco illud dixi.*

*Per iocum dixi.*

Yo cierto me burlaua.

*Iocabar equidem.*

*Ludus in factis: locus in uerbis proprie dicitur.*

No lo hize por mal.

*Non studio feci.*) sub. *Nocendi.*

*Studiose non feci.*

*Non feci ex animo:*

*Dolo malo id non feci.*

*Non feci malo animo.*

*Serio non feci.*

*Serio fecisti.* Tu lo hiziste de veras.

No te hecho nada, nunca te hize desplacer.

*Nihil in te commuerui.*) id est, *Contra te.*

*Nunquam te lesi.*

*Nunquam tibi iniuriam feci.*

*Nihil in te commuisti.*

R

Nihil aduersus te commisi.

De te nihil malè sum meritus. uel, promeritus. Ex Plauto.

Nihil unquam aduersum te peccavi.

Nihil feci tibi.

Terentius, Quid feci tibi?

Nihil erga te sum commeritus.) Erga, pro contra. Quod sepe ueteres dixerunt. Proprie tamen Erga in bonam partem accipitur, quod Hispani dicunt, Acerca.

Yo no podre jamas loar harto los plazeres, y bien que me heziste.

Tua erga me beneficia nunquam satis predicare potero.

Yo no te hecho cosa, por la qual deuas estar enojado contra mi.

Nihil feci, quod mihi succenseas.) id est, Propter quod mihi debeas succensere. Modus potentialis.

Nihil in te commisi, cur mihi irascaris.) Hoc est, Irasci debeas.

Nihil habes, quod in me stomacheris.

Stomachari, Se despechar, y enojar mucho. Ex epistola Bruti ad Atticum.

Varietas. Nihil feci, Commerui, Peccavi, Deliqui.

Yo no se que le hiziste, mas el esta muy enojado contra ti.

Quid illi feceris, nescio: uerùm grauisimè tibi succenset.

Est tibi uehementer iratus: utcumque illum offenderis.) Utcumque, id est (si licet dicere) Quomocumque. En qual quiera manera que le ayas offendido e injuriado.

Nescio qua nam in re eum leseris: sed utcumque est, satis scio illum in te grauius esse commotum.)

Mas



Mas como quiera que sea.

*Sed utcumque est.*

Yo en esta tu falta, y pobreza, no puedo ayudar te nada, principalmente que yo mesmo tengo tanta necesidad.

*Ego tibi, in hac praesertim rerum penuria, praestare nihil possim.) Hoc est, Nulla re te iuuare possim: praesertim cum tanta sit mihi ipsi rerum penuria.*

Yo no se que hazer otra cosa.

*Quid aliud faciam, nescio.) id est, Nescio quid aliud facere possim. Modus est potentialis.*

Yo no se que dezir.

*Quid aliud dicam, nescio. Terentius.*

O, mira que ayas hecho?

*Hem, uide quid feceris?*

*Hem, interiectio indignantis.*

O, mira que hiziste a mi bonete.

*Hem, uide quid meo pileo feceris.*

Tu ensuziaste mi libro de vna gran mancha.

*Ingenti macula foedasti meum códicem.*

*Magnam labem meo libro imposuisti.*

*Ingenti labe códicem meum contmaculasti.*

*Códicem meum conspersisti labeculis.*

*Varietas. Conspersisti, Respersisti.*

Ha me ensuziado toda mi ropa.

*Togam meam conspurcauit.*

*Inficere uestes: id est, Tingere. Teñir los paños. Vnde infector, Vn tintorero.*

Los Franceses son por los vicios de los de fuera corrompidos, y gastados.

Galli infecti sunt peregrinis moribus.) id est, Corrupti. Ex  
Lino.

Fue emponçoñado.

Infectus est ueneno.

Tu me hiziste perder.

Tu damni mei causa fuisti.

Tu faysste causa de mi perdida, y daño.

Dispendio meo causam praeuisti.

Yo tuue manzilla del.

Adduxit me ad misericordiam.

Hizo me commouer a misericordia, y piedad su  
miseria.

Commouit me illius miseria.

Commotus sum eius calamitate.

Hizo me llorar.

In sletum me adduxit. Cicero.

Lácrymas excussit mihi. Terentius.

Me impulit ad lácrymas.

Tu hiziste eso por me hazer enojo, y por el odio,  
y mal querer tuyo.

Istud facis inuidia mei.) id est, Odio & maleuolentia in me tua.

Tua in me maleuolentia istud facis. Por el mal que me  
quieres.

Varietas. Inuidia mei, Odio mei.

Parece le que me haze grande enojo, y des-  
plazer.

Credit, se mihi stómachum facere.

Varietas. Facere stómachum, Mouère stómachum, Mouère  
bilem.

Yo te hare, o vellaco andar como mereces.

Exercebo te, ut decet, nébulo.

No

No haze que trotar, y correr.

*Semper cūrsitat.*

*Nihil nisi discūrrit.*

*Nihil aliud quā discūrsat.*

*Frequens est in cūrsitatione.*

*A sīdūe cūrsat.*

*Varietas. Frequens est, A sīdūus est.*

Su maestro le haze siempre correr.

*Herus fatigat illū multa discūrsatione.*

No ha aun acabado de comer, o cenar.

*Nondūm finīuit prandium.*

*Nondūm cōenā finīuit.*

*Adbuc prandet.*

*Adbuc cōenat.*

*Facit prandium, non qui prandet: sed ipse conuinātor. id est,*

*Qui ad prandium uocauit.*

*Cēlebrant conuinium ipsi conuīne.*

Aun no comio, o yanto.

*Nondūm prandit.*

*Nondūm pransus est.*

*Est adbuc impransus.*

Aun no ceno, o no ha cenado.

*Nondūm cōenauit.*

*Nondūm cōenatus est.*

*Adbuc est incōenatus.*

Yo hare mi poder, y mi posible, lo mejor que

yo podre, y lo que fuere en mi posibilidad.

*Faciam pro uiribus. uel,*

*Quoad per uires mihi licebit.*

*Faciam quantum potero.*

*Curabo diligenter, quoad licebit. ) Pro uiribus, est quod dici*



*solet, Secundum vires.*

*Quantum in me erit, faciam.*

*Faciam quantum in me situm erit.*

No dexare nada sin tentar, y experimentar por alcançar aquello.

*Nibil intentatum relinquam, ut illud consequar.*

*Nullum non mouebo lapidem, ut illud adipiscar.) id est, Omnem mouebo lapidem. Omnia tentabo. Prouerbiu.*

Yo prouare, y tentare de hazer todo porque pueda alcançar aquella cosa.

*Vt eam rem mihi liceat ássequi, nihil non experiar.) id est, Omnia experiar.*

Yo me pondre a todos peligros.

*Experiar extréma omnia.*

*Experiar omnia: id est, Nihil intentatum relinquam. uel, Nullum remedium in expertum relinquam.*

*Virgilius. Ne quid in expertum frustra moritura relinquat.*

*Varietas. Nihil intentatum relinquam, Nihil relinquam in expertum, Omnia tentabo, Experiar omnia.*

Hizo esto por su plazer, por su passatiempo.

*Hoc fecit pro sua libidine.*

*Libidine ductus id fecit.*

*Hoc ille fecit animi causa.*

*Cicero. Hic simiolus animi causa me, in quem inueberetur, delégerat.*

Hizo esto por satisfazer a su voluntad, o por cumplir su deseo.

*Illud fecit, ut obsequeretur animo suo.*

*Hoc facit, ut suae morem gerat uoluptati.*

*Varietas. Ut suae morem gerat uoluptati, Ut libidini suae satisfaciatur,*

tisfaciat, Vt voluptatem expleat suam, Vt suae libidini seruiat.

Hic simius, uel haec simia, Vn mono, o vna mona. A cuius animalis natura tractum est, ut simia, uel simius pro eo dicatur, qui studet quempiam imitari. ut, Auli Gellij simia fuit Macrobius. ) Hoc est, Eum emulatus est. Eo igitur in loco Cicero ineptiam quendam imitatorum, simiolium per contemptum dixit.

A. Porque hazes esto? B. Por mi plazer, o por que me agrada.

A. Cur istud facis? B. Quia libet mihi.

Pro mea libidine.

Sic libuit.) sub. Mihi.

Sic libitum est animo.) sub. Meo.

Libitum est: pro libuit. Plautus.

An non Latine dicitur, Placet mihi? Dicitur certe: sed magis in aliam sensum. Da exempla.

Quod fecisti, placet mihi.) id est, Tuum factum probo.

Placet mihi haec sententia.) Id est, Hanc approbo sententiam.

Sic sentio, Yo soy de esa opinion.

Todo lo que hazes, me es agradable.

Quicquid facis, mihi placet: id est, Me delectat.

Facere placitum, uide sub titulo BENEFICIORVM.

Yo te ruego priuadamente, y particularmente que me hagas este plazer, o esta merced.

Meo iure te hoc beneficium rogo.

Priuadamente yo hablo por este que es mas mancebo que yo.

Cicero. Pro hoc enim, qui minor est natu, meo iure tibi respondeo.

Sirue te de mis cosas priuadamente.

*Tuo iure rebus meis utere.*

Demanda me familiarmente lo que quisieres.

*Quicquid uoles, pete à me familiariter.*

El maestro me hizo ella gracia, y me otorgo esto.

*Hoc mihi concessit praeceptor.*

*Hoc mihi à praeceptore concessum est.*

*Hanc mihi didascalus ueniam dedit. Ex Cicerone.*

*Hoc mihi indultum est à praeceptore.*

Otorga me esto, o perdona me esto.

*Da mihi hanc ueniam.*

Tu me perdonaras, si te plaze, que te aya llamado a nuestro ordinario.

*Dabis ueniam, si placet, quod te ad nostrum cibum quotidianum familiariter uocauerim.*

*Varietas. Dabis ueniam, Ignosces.*

*Varietas. Ad nostrum cibum, Ad nostrum uisum.*

Es por mi, y de mi parte, que es que defiende mi parte, constantemente me fauorece.

*Mecum stat. Terentius, Donato interprete.*

*A me est.*

*A me stat.) Hoc est, Meas partes constanter defendit.*

*Mibi fauet.*

*Suffragatur mihi.*

*Studet mihi.*

*Stat à meis partibus.*

*Accommodat mihi suffragium.) Hoc posteriore Donatus in Terentium utitur.*

Esta de la parte de los mas fuertes, y poderosos.

*Stat à potentioribus.*



*Varietas, A potentioribus, A potentiorum parte.*

Es de mi opinion.

*Facit mecum. ) id est, Mecum sentit.*

Atiene se a mi opinion.

*Adhæret meæ sententiæ.*

*Adhæreo, adhæres, adhæsi, adhære.* Tener se firme en alguna cosa.

Yo hago esto por el, hago su officio.

*Fungor eius vice.*

*Sum illi vicarius.*

*Sum eius vicarius.*

*Fungor eius munere. ) id est Officio.*

Yo hago aquello que el deuia hazer.

*Ago partes illius. ) id est, Eius officium facio.*

Tu haras oy por mi, y mañana yo hare por ti.

*Hodie tu partes meas, cras ego tuas agam.*

*Hodie mihi vicarius eris, cras ego tibi. ) sub. Ero vicarius.*

*Quintilianus. Paria faciemus: tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. ) sub. Ero vicarius.*

*Vicariam tibi operam in hunc diem præstabo: tu cras mutuum reddes. ) In hunc diem. Por oy.*

Tu haras mañana otro tanto por mi.

*Tu cras mutuum reddes.*

Hize licion por el maestro de la primera.

*Vicarius fuit primæ classis ductori.*

Si no lo quieres hazer de gracia, alomenos haz lo por dinero.

*Si non gratis, at pretio. ) Hoc est, Si non vis gratis id facere, saltem fac pretio.*

*Terentius, Si non pretio, at gratis. ) At, pro saltem.*

Haz esto yo te ruego por amor de mí.

*Dare obsecro mihi.* ) id est, *Hoc quaeso mea causa faciat. Sic*  
*Budaeus accipit.*

*Tua causa.* Por ti (siue ut uulgus loquitur) por amor de ti.

*Caelius Cicer. libro. 8. Curio de suarum actionum cursu tua*  
*causa deflexit.* ) id est, *Propter te.*

Haze buen tiempo, el cielo esta sereno.

*Serenum est caelum.*

*Serenum est.* ) sub. *Caelum.*

Este dia es claro, y sereno.

*Serenus est hic dies.*

*Hec lux serena est.*

Si mañana haze buen tiempo, por ventura jugaremos.

*Cras si serenum erit, fortassis ludemus.*

*Si differenabit, forsitan crastino die fiet nobis ludendi copia.*

*Varietas. Si serenum erit, Si caelum erit serenum, Si differenabit, Si lux serena fulserit, (Id est, Fulgebit) Si serenum tempus erit, Si serenum & placidum erit. Posterióra duo sunt ex declamationibus Quintiliani.*

Haze gran calor. El calor es agora muy fuerte, y rezio.

*Aestus est nunc uehementissimus.*

*Flagrat aestus.*

*Feruet aestus.*

*Aestus est ardentissimus.*

*Maximus est solis ardor.*

*Viget calor maximus.*

Agora se ha, o se siente muy gran calor.

*Nunc maximè caletur. Ex Plauto.*

Agora

Agora haze grande frio.

*Magna est nunc uis frigoris.*

*Frigus est maximè uehemens.*

*Frigus est uehementissimum.*

*Magno rigore uiget frigus.*

Era cosa deleytosa de ver.

*Iucundum erat illud spectaculum.*

*Res erat spectanda.*

*Res erat uisenda. id est, Spectatu, aut uisu digna.*

*Res sane fuit spectatu iucundissima.*

*Res erat dignissima que spectaretur.*

Mira, yo te ruego, que cosa linda de ver.

*Vide que so iucundum spectaculum.*

Era muy bueno de ver lo.

*Erat àmodum conspicuus.*

Parece te que eres mucho de mirar.

*Vidèris tibi àmodum spectandus.*

Cuentas me la cosa galanamente.

*Rem eleganter narras.*

Tu me cuentas vna cosa muy alegre de oyr.

*Rem auditu iucundissimam refers.*

Hazes del buen escriuano.

*Quasi uerò inuas te bene scribere, hoc est, Ita scripturam tuam ostentas: quasi uelis significare, te esse scribendi peritissimum.*

Bene scribit. Escriue bien.

Escriue muy lindamète, o linda, y hermosa letra.

*Scitè scribit. id est, Eleganter.*

Scribit expedite. Escriue muy presto, y ligero.

Haze del rico.

*Est pecuniòsus ostentator.*



*Ita nummos ostentat, quasi velit innuere, se esse pecuniosum.*

*Vt suas ostentat opes? O dios, y como haze del rico, y muestra sus riquezas por vanagloria.*

*Varietas. Pecuniosus, Opulentus, Lócuples, Bene nummatus.*

*Proprie tamen lócuples dicitur loci (id est, agri) plenus. Vn hombre que tiene grandes tierras, que tiene muchas tierras, y posesiones.*

*Pecuniosus ostentator. Vn hombre que se quiere mostrar rico, y no lo es. EX Rhetóricis ad Herentiam.*

*Tiene mas de muestra, que no de riqueza.*

*Plus ostentationis habet, quam rei.*

*Haz le como te hizo.*

*Par pari referto.*

*Repone illi iniuriam.*

*Malum profectò consilium, neque unquam ab homine Christiano audiendum. Nam si bonum pro malo reddere Christiana charitate iubemur: quid illi fiet, qui malum malo, iniuriam iniuria compensarit?*

*Yo hare otro tanto por ti.*

*Referam tibi gratiam.*

*Parem tibi gratiam referam.*

*Hec in utranque partem dici solent: Hoc est, Tam in bonam, quam in malam. Tanto en bien, como en mal.*

*Quid autem interfit inter Agere gratias, Habere gratias, & Referre gratiam, patet exemplis sequentibus.*

*Yo te hago gracias dello, o por ello.*

*Ago tibi gratias.*

*Yo te doy por ello muchas gracias.*

*Gratias ago tibi maximas.*

*Habeo*

Habeo tibi gratiam. Muchas mercedes.

Que es yo me pienso, que te deuo mucho, y que te soy obligado. *Gratiam habeo tibi maximam.*

Yo te pagare la merced.

*Referam tibi gratiam.*

*Gratiam tibi duplicatam referam. uel,*

*Tibi gratiam referam, eamque duplicatam.* Yo te pagare al doble. *Vides, hæc omnia ex Hispanico sermone manifestè discerni.*

Haze como tiene de costumbre.

*Suo more facit.*

*Vtitur sua consuetudine. Cælius ad Ciceronem.*

*A suo more non discedit.*

*Vt suus est mos, ita facit.*

*Morem suum semper tuetur. id est, Tenet, obseruat.*

*Nihil præter morem facit.*

*Non abborret à sua ipsius consuetudine.*

No se ha a vn mudado nada. Es siempre semejan te asi mesmo. Siempre es vno, y de la mesma condicion.

*Sui semper est similis.*

Hize lo que pude, o lo mejor que pude.

*Vt potui feci.*

*Quod potui præstiti.*

*Nihil equidem, quod in me fuerit, prætermisi.*

*Nihil à me, quod quidem potuerim, prætermisissimè est.*

*Pro uiribus elaboravi.*

*Quod potui feci.*

*Feci quantum licuit. id est, Quantum potui facere.*

*Rem curavi quàm optime potui.*

Yo te defendi quanto pude.

Te

*Te defendi quoad potui. ) id est, Quantum potui.*

Ea pues haz como querras, yo lo dexo a tu juicio todo.

*Iudicio tuo rem totam permitto.*

*Agè, ut libet.*

*De hoc utere iudicio tuo: nihil enim impedio. Ex Cicerone.*

*De hac re fac tuo arbitrato. ) De hoc & de hac re: id est, Quod ad hanc rem pertinet. Tocante a esto, o en lo que toca a esto.*

*Varietas. Iudicium, Arbitrium: Arbitratus, huius arbitratus.*

*Agè, hic aduerbium est agrè consentientis. De vn hombre, que consiente a otro, quando no le puede resistir mas, ni contradézir.*

Tu haz como es menester que hagas.

*Tu fac, ut tibi opus est facto.*

Yo lo dexo a tu buen juicio, y prudencia.

*Omnia refero ad sapientissimum iudicium tuum. Hoc in laudem eius dicitur, quem alloquimur.*

Que es lo que sientes desta cosa, yo me refirro a tu juicio.

*Quid de hac re sentias, tui iudicij est.*

Cada vn hombre de bien, y ciudadano sigue tu juicio, y parescer.

*Cicero, Optimus quisque uir, & ciuis, sequitur iudicium tuum.*

Yo hare mañana remendar, o adobar mi jubon.

*Curabo cras resarciendum thoricem meum.*

Haz remendar tus calças.

*Cura tibialia tua resarcienda.*

Yo le orne, como el merecia.

*Ornavi illum ex suis uirtutibus. ) Id est, Ut meruerat. Ex Terentio.*



Terentio.

Illum probe ultus sum. id est, Puniui.

Hoc, ut sepe admonuimus, neque fieri, neque dici à nobis debet. Quòd si etiam inimicum tuum suadente diábolo ultus fueris, non tamen debes id iactitare: ne de illorum numero habere, Qui letantur cum malè fecerint: & exultant in rebus pessimis.

Abatio tus enemigos.

Aduersarijs tuis constantissimè réstitit.

Inimicos tuos prorsus fregit.

De Facere restam, uide supra sub titulo MINANDI.

Haz la reuerencia.

Fleste genu.

Incurua póplitem.

Hic poples, huius póplitis.

Muestra lo que sabes hazer, haz alguna esperiencia, o prueua.

Fac tui experimentum.

Proba opere tuam professionem.

Ede aliquod tuæ professionis exemplum.

Ede specimen aliquod artis tuæ. Est apud Virgilium Tale dabit specimen: id est, Edet.

Ya hizo su principio de aprender. Ya es maestro, o esperto.

Rudimentum posuit.

Fecit tyrocinium.

No ha aun salido de aprendiz. Aun aprende, aun es nueuo.

Adhuc tyrocinium facit.

Nondum fecit tyrocinium.

Nondum posuit rudimentum. Proprie tanen tyrocinium dicitur

*citur in re militari.*

Aun es visño, o moço o paje de lança.

*Adhuc tyrocinium facit.*

*Non dum tyrocinium fecit.*

*Tyrocinium fecit.* uel,

*Et tyronibus excessit.* Ya no es visño. De his intelligo, qui rudes adhuc & nouitij in tractandis armis exercentur, siue apud regem, siue apud aliam principem. Hi enim proprie tyrones dicantur.

*Seruus affecla, uel puer affecla, Vn paje.*

*Est puer affecla regius. Vn paje del rey.*

*Est ephēbus honorarius. Es paje de honrra, Sic Budeus loqui solet.*

Dio mueltra de su officio.

*Artis suę spēcimen edidit.*

*Edidit suę professionis exemplum.*

*Initium dedit opificij.*

*Artis suę præclarum spēcimen edidit.*

Es principio del officio.

*Est initium officij. Sic appellat Budeus. Cui per multa huiusmodi commentarioli nostri libenter & ingenie ferimus accepta, eique literarum nomine plurimum fatemur debere.*

*Atque utinam per otium nobis licuisset herõicas illas eius lucubratiõnes diligentius leclitare. Essent enim, satis scio, plurima in hoc opusculo & rectius & accuratius emendata.*

*Si has de hazer esto, despacha te, o si quieres hazer esto, da te prilla.*

*Hoc si es facturus, accelera.*

*Hoc si decreueris, matura.*

Hizimos saltar vn gato por la ventana.

Felem

*Felem de fenestra deturbauimus.*

*Fenestella.* Vna pequena ventana.

Hizo me señal con el dedo.

*Innuat mihi digito.*

Hizo me señal con la cabeza, que yo me fuesse.

*Annuat mihi, ut abirem.*

*Varietas.* *Vt abirem, Vt discederem.*

Echemos suertes, quien ira por agua.

*Sortiamur, quis eat aquam petitum.*

*Varietas.* *Quis eat aquam petitum, Quis eat aquatū, Quis aquam petat.*

Echemos suertes, qual de nosotros la aura.

*Sortiamur, uter nostrum habeat.* ) *id est, Habere debeat:*  
*sub. Hoc vel illud, vel istud.*

Echemos suertes, quien proporna primero.

*Sortiamur, uter prior proponat.* ) *sub. Questionem.*

Echemos suertes, qual de nosotros dos pronunciará en la sala.

*Sortiamur, uter nostrum in triclinio pronuntiabit.* *Vter, de duobus dicitur: Quis, de pluribus.*

Yo nose qual de nosotros dos es mas fuerte.

*Nescio uter nostrum sit fortior.*

*Virgilius, Fortes inuertant tauri.*

*Varietas.* *Fortior, Robustior, Valentior, aut corpore ualentior.* ) *Proprie tamen Fortis ad animum refertur.* Vn hombre valiente, de gran coraçon, y animo.

*Robur corporis, aut uires corporis,* Fuerça del cuerpo.

*Fortitudo.* Valentia, noble coraçon, gran animo de hombre.

*Varietas.* *Fortitudo, Virtus.*



Por su virtud ha alcanzado vna tal fama, y nombre, que nunca se le perdiera.

*Eam famam sua uirtute adeptus est, ut eius memoria semper futura sit. Eam pro talem.*

Qual de vosotros dos es mas fuerte?

*Vter uestrum est robustior?*

Yo no se destas dos cosas, qual deuo de hazer, *Nescio utrum faciam.*) id est, *Facere debeam.*

Yo no se qual de dos escogere.

*Nescio utrum capiam.*) id est, *Eligam.*

Mira quien sale.

*Vide quis egrediatur.*

No se quien es el mas docto de vuestra regla, y general.

*Nescio quis sit uestrae classis doctissimus. Quis ex uestra classe est doctissimus?* El qual es lo mas docto de vuestra regla? *Legitur & quis, dictum de duobus. At pueros puro sermone decet assuescere.*

Hizo locamente.

*Stulte fecit.*

Locamente hazes.

*Stulte id facis.*

Heziste locamente en comprar esto tan caro.

*Stulte fecisti, qui tanti istud emeris.*

Hizo doblada locura.

*Bis stulte fecit.*

O que tu heziste gran locura?

*O facinus audax?*) id est, *Temerarium factum.* Terentius.

O, hazaña indigna, y mal hecho?

*O indignum facinus?* Terentius.

O que

O que es mal hecho?

*O factum malè? Catullus.*

Hizo me la çancadilla para echarme por tierra.

*Implicuit mihi crus, ut me prosterneret.*

*Implicito crure me prostravit.*

*Implicuit me crure suo.*

Tibia, La pierna.

*Hoc crus, cruris.*

*Sublato crure, La pierna alçada. ut*

*Sublato crure canes urinam reddunt.) Sic loquitur Plinius, ubi de leonibus.*

Grande miedo me heziste.

*Magnam timorem incussisti mihi.*

*Magno terrore me percussisti.*

Percello, percellis, perculi, percussum.

Me perterruisti.

*Varietas. Incussisti, Iniecisti.*

Haze todo aquello, que vn buen mancebo deue hazer.

*Exequitur omnia probi adolescentis officia.*

*Liber àlis adolescentuli officio fungitur.*

Todo quanto haze, es al prouecho publico.

*Est in rem communem, quicquid facit.*

*Públicis omnino commodis studet.*

*Nihil non facit reipúblicæ causa.*

*Ad communem utilitatem omnia referre solet.*

*Præter públicum nihil curat.*

*Omnia confert ad reipúblicæ utilitatem.*

Yo solo acabe el negocio.

*Solus totum confeci negotium.*

Non solum unum actum, sed totam fabulam confeci.) Hoc de re quapiam magna dicendum est. Et est translatio à comedijs & tragedijs, quæ in quinque actus diuise sunt.  
Ex Cicerone.

Fuesse todo solo.

Omnino solus profectus est.

Yo he acabado todo lo que me fue dado hazer, o mi tarea.

Pensum meum, quod datum est, confeci, Plautus.

Absolui pensum meum.

Acaba lo que deues de hazer.

Perfolue pensum tui operis.

Yo trabajar de acabar mi negocio lindamente.

Ego pensum meum lepidè accurabo. Plautus.

Torna a tu tarea.

Réuoca teipsiam ad munus & pensum tuum. Ex Cicerone.

Ad opus tuum institutum reuertere.

Opus intermissum répete.

Haze el vno por el otro.

Tradunt operas mutuas.

Illi peria faciunt.

Estas carnes ya estan gastadas o corrompidas, y llenas de gusanos.

Hæc iam caro uérminat.) id est, Vermes contrahit.

Hæ carnes iam uermiculantur.

Esta carne se gasta.

Corrumpitur hæc caro.

El comer, o la comida se gasta.

Prandium corrumpitur.

A. Quieres ser dialectico? B. Yo lo querria bien, mas yo hare la voluntad de mi padre.

A. Vis



A. *Vis dialéctica operam dare? B. Vellem quidem, sed hoc ad patris arbitrium réfero.* Desto yo me remito a mi padre.

*Varietas. Hoc ad patris arbitrium réfero, Patris in hac re iudicium sequar, Hac in re óbsequar patri, De hoc uiderit pater, In hoc assentiar paternæ uoluntati, Quod mihi de hac re consilium déderit pater, id sequar.*

*Varietas. Vis dialéctica operam dare? Vis ad dialécticen hoc anno te conferre?*

*Tu uideris, Ille uiderit, Vos uideritis, Illi uiderint: id est, Tuum, uel illius, uel uestrum, uel illorum sit iudicium. Yo me remito a ti, yo me remito a el. &c.*

## F O R T U N A E

vtriusque.

### C A P V T X X I X.

Yo experimentar la fortuna.

*Fortunam experiar.*

*Periclitabor fortunam.*

Yo prouare la fortuna.

*Fortunæ periculo meipsum obijciam.*

*Meipsum fortunæ committam.*

Yo me pondre a la ventura.

*Adibo fortunæ periculum.*

Es menester experimentar la fortuna.

*Tentanda est fortuna. uel,*

*Experienda est alea.*

Yo experimentar mi ingenio.

Periclitabor ingenij vires.

Tu eres bien auenturado, por que nunca fuyste  
jamas enfermo.

Fortunatus, qui nunquam egrotaueris.) Fortunatus. Sub.  
Es.

Varietas. Fortunatus, Felix.

O, que eres bien auenturado, por no auer sido ni  
estado jamas enfermo?

O fortunate, qui nunquam egrotaueris?

O nimium felix, qui nunquam aduersa fueris valetudine!

O fortunate, nescis quid mali praeterieris, qui nunquam mor-  
bum sensisti?

Eres dichoso en el juego.

Tu felix es lucro.

Virgilius, Felix prole uirum.

Fortuna tibi in lucro fauet.

Tu ganas quanto quieres.

Semper tibi lucrum suppetit.) id est, Abundat. Ex Plau-  
to.

\* Tibi est fautor Mercurius.) Prouerbiale est. Nam apud poe-  
tas Mercurius fingitur lucris fauere.

Tu ganas siempre.

Lucrum tibi perenne suppetit. Vtrumque ex Plauto.

Hic & haec perennis, & hoc perenne.

Contemos la ganancia.

Suppetemus lucrum.

Es bien dichoso con tal maestro.

Felix est tanto praepatore.

Præclare cum illo actum est, quod tam bonum praepatorem  
nactus sit.

Felicissimus est, cui doctor ex animi sententia contigerit.

Todo

Todo va bien.

*Omnis res est in tuto.*

*Omnis in tranquillo res est.*

*Res est in portu. Prouerbum.*

*Salua res est.*

*Bene res est.*

*Bene est.) sub.res.*

*Bene habet. sub. Se res.*

*Bene res habet. sub. Se.*

*Omnis res est in uado.) Et hoc prouerbiale est. Tutus enim est, quisquis est in uado: Id est, In aqua breuissima. Nam id significat uadum. Vn vado.*

El rio Secana, o Sena, no se puede passar a vado.

*Séquana uado transiri non potest.*

Yo soy contento, yo tengo lo que queria.

*Hoc uno contentus sum.) Id est, Hoc mihi sufficit. Hoc satis est mihi.*

Yo tengo lo que demandaua.

*Factus sum uoti compos.*

Tu tienes lo que con tanto affecto, y deseo demandauas.

*Habes tota quod mente petisti. Virgilius.*

Esto viene muy a buen tiempo.

*Hoc est maxime oportunum.*

*Bene id cōtigit.*

*Pulchre hoc accidit.*

*Bene hæc res cecidit.*

*Oportunè id cecidit.*

Esto vino bien a proposito, esto cayo bien.

*Nihil potuit comunodius euenire.*



No pudo cosa venir a mejor tiempo.

*Nihil magis oportūnum. sub. est, uel, Esse potest.*

Esto viene a mal punto, no viene a buen tiempo.

*Malè hoc cecidit.*

*Illud pessimè accidit.*

Yo esperaba de hallar en esta ciudad partido, mas de otra manera vino y acontecio, que es, yo fuy bien enganado con mi esperar.

*Sperabam, me inuenturum in hac urbe conditionem: uerum res longè aliter euēnit, ac putabam.) id est, Quam putabam.) Hoc est, Vehementer falsus sum expectatione mea.*

De todas partes estoy cercado, y rodeado de cuydados, y cosas aduersas.

*Vndique circumuallor.*

*Circumuallant me molestiæ.*

*Circundor aduersis rebus.*

*Vndique premor angoribus.*

*Opprimor aduersis.*

*Aduersa, aduersorum, absolutè: pro Aduersis rebus.*

Yo estoy en grandes congoxas.

*Conficior ex omni parte angoribus. Cicero.*

*Vndique sunt mihi angustia.*

*Implicatus sum molestiis. uel, implicitus.*

*Sum in arctissimis angustis.*

*Cicero, Etsi egeo rebus omnibus, quòd is quoque in angustis est, qui-cum sumus.*

No se puede pensar algun mal, que no me apremie, y atormente.

*Nihil fingi potest mali, quo non urgear.*

En duda esta su vida, es gran peligro que no muera.

muera.

*Eius quidem in dubio est uita. Ex Terentio.*

*Periclitatur uita eius.*

*In magno uita discrimine uersatur.*

*De capite in dubium uenit. ) id est, De uita. Sed hoc potius ad capitale crimen, quam ad morbum pertinet.*

*Varietas. In dubio est, In periculo: In discrimine.*

## GAVDII ET DO- LORIS.

### CAPVT XXX.

Yo estoy bien alegre.

*Gaudeo uehementer.*

*Letitia totus gestio.*

Yo estoy tan alegre, que no se lo que hago.

*Præ gaudio nix sum apud me.*

*Dissundor omnibus gaudijs. Ex Plauto.*

Yo estoy tan alegre, que no tengo continencia ni medida.

*Differor letitia. Ex Plauto.*

*Contra Terentius dixit, Differor doloribus: id est, Distrahor, discrucior, distorqueor, & quasi dilator in uarios dolores.*

De buena gana oygo esto.

*Libenter istud audio. ) Quod scilicet dicis.*

*Letus istud audio.*

*Rem mihi narraas iucundissimam.*

*Istud audio cum summa uoluptate.*

*Rosae loqueris. ) id est, Verba gratissima. Prouerbiū est.*

Magnam mihi nuntias uoluptatem.

Inuicidiam mihi est, istud audire.

Tu me cuentas buenas nueuas.

Inuicida mihi nuntias.

Varietas. Libenter, Perlibenter, Libens. Nomen pro aduerbio.

Antiqua sunt, Lubet, Lubens, & Lubenter: pro Libet, Libens, Libenter.

Esta bien alegre: yo no se que tiene.

Elatius est Letitia: nescio quid sit.

Totius Letitia gessit: nescio quam ob rem.

Letus est, nescio quid. id est, Ob nescio quam rem. Terentius.

O que alegre estas, por que tus parientes vinieron?

O quam elatus es gaudio, propterea quod propinqui tui aduenierunt.

Hizo me muy grande plazer.

Incredibili gaudio me affectit.

Me nebeementer exhilarauit.

Ha me hinchido de gozo.

Omni gaudio expleuit animum meum. Ex Terentio.

Magnopere me delectauit.

Me totum Letitia perfudit.

Mirificam mihi attulit uoluptatem.

Con su venida me ha todo alegrado.

Magnam suo aduentu mihi Letitiam obtulit.

Yo te hinchire de gozo.

Explebo te gaudio. uel,

Explebo animum tuum gaudio.

Yo no me puedo hartar de pensar en ti.

Recordat



Recordatione tui me explere nequeo.

Salta, danza, y da bueltas.

Salit, saltat, circumsilit.

Oportunè cecidit.

Illud perquam uenustè cecidit.

Vide alias formulas superiore capite.

Salio bien?

O factum bene?

O bien hecho.

O quam uenustè cecidit.

Quam bellè id accidit.

Hæc dici solent in Letitia aliénæ miserie. Quod tamen abhorret à Christiana charitate. Potius enim, atque adeò ex animo dicere debes, Doleo certè uicem eius. Dolet profè etò mihi illius fortuna.

O que bien hecho, no tenemos materia.

O factum bene, non habemus thema.

Euge, nullum est nobis thema propositum.

Bene est, non datum est nobis thema.

Varietas. O factum bene, Bene est. Bene hàbet, Bene res hàbet, Bene se res hàbet, Praclarè nobiscum actum est.

Thema, & Scribendi argumentum, idem.) Hoc thema, the-  
matis.

Llora por su padre, que es muerto.

Mortuum patrem lamentatur.

Parentem uita functum deslet.

Defunctum patrem deplorat.

Llora por su madre, que es muerta.

Matrem uita defunctam luget.

Ha defendido, que no llorassen su muerte.

Mortem

Mortem suam lugeri uetuit. Ex Valerio.

Pedro trae luto.

Petrus luget.

Petrus in luctu est.

Hic luctus, huius luctus. El luto, que traen por los muertos.

Trae negras vestiduras.

Insignitus est ueste lugubri.

Atratus est.

Pullatus est. id est, Pullis uestibus indutus.

Pullus, pulla pullum: id est, Nigri coloris.

Dexa la tristeza.

Omitte tristitiam.

Desine tristari.

Terentius. Omitte iracundiam.

Ne lacryma. No llores.

Que has tu?

Quid tu es tristis?

Qua de re tristitiam habes?

Quid ita es tristi multo?

Cur te maestum conspicio?

De que estas triste, y melancholico?

Cur pra te fers maerorem?

Qua de re maestus es?

De mi mesmo esto enojado.

Mibi ipse succenseo.

Yo me desagrado a mi mesmo.

Mihimet displiceo.

Totus displiceo mihi.

Pareces me, que estas todo turbado.

Conturbatus esse mihi uideris. id est, Valde turbatus.

*Varietas. Conturbatus, Perturbatus, Omnino turbatus.*

Yo tenia vna aue pequeña, o paxaro, que llaman-  
dola al son de vn caxcauel venia, mas de mi  
desdichado que el gato me la comio.

*Erat mihi in delicijs auicula, quæ crepitaculo reuocata uenie-  
bat: sed (me miserum) felis eam deuorauit.*

*Varietas. Deuorauit, Absumpsit.*

Los caçadores llaman los perros a fuera con la  
corneta.

*Venatores cornu canes euocant.*

*Plinius. Ter fistula euocati, ueniunt ad augurium.*

## AD GRAMMATICES Rudimenta pertinentes formulæ.

### CAPVT XXXI.

A. Poeta, que parte es de la oracion? B. Es nom-  
bre.

A. Poeta quæ pars orationis est? B. Nomen.)

Non enim est aliquid partis: id est, De parte, sed est pars ipsa  
integra orationis.

Poeta quæ pars? sub. Orationis est?

In eiusmodi interrogatiunculis facile quidem subauditur uer-  
bum **EST**: sed quia ultima syllaba in interrogatione ac-  
to profertur accentu: malum interrogatorem desinere in  
monosyllabam, quàm in polysyllabam, cuius penúltima  
longa sit: quale est **ORATIONIS**. Nam si puer sic sem-  
per interroget, *Quæ pars orationis?* consuetudinem pau-  
latim faciet, ut ubique pronuntiet correpta penúltima, has  
uoces, **ORATIONIS, ORATIONI, ORAE**  
TIONEM,



TIONEM, similiâque in hunc modum: ut declinationis, dictionis, significationis, substantiuum, adiectiuum, potestatis, figuræ, personæ. Quo quid esse potest absurdus? Malo igitur sic interrogare,

Quæ pars orationis est?

Cuius figuræ est?

Quotæ personæ est? quàm sic.

Quæ pars orationis?

Cuius figuræ?

Quotæ personæ?

Hinc Donatus ait in rudimentis,

Partes orationis quot sunt?

Vbi autem fuerit dictio dissyllaba, aut polysyllaba, penultima breui nullum erit periculum. ut

Cuius modi?

Cuius generis?

Cuius numeri?

De his curiosius admonendum putavi, ne tenella ingenia hoc uitio imbuantur, ut passim breues pro longis sonent. Quod uitium. (ut res ipsa docet) in robustam quoque etatem perdurare solet.

Es substantiuo, o adiectiuo? personal, o impersonal?

Substantiuum, an adiectiuum est? sub. Hoc nomen.

Personale hoc uerbum, an impersonale est?

Qual de dos es este verbo amo, personal, o impersonal?

Amo, utrum personale, an impersonale est?

A. De que numero? B. Del singular.

A. Cuius numeri? B. Singularis.

A. De que caso? B. Del nominatiuo.

A. Cuius

A. Cuius casus? B. Nominatiui.) Nam in responsione frustra repetitur, quicquid facile intelligitur ex interrogazione.

A. Amans de que significaciõ es? B. De la actiua.

A. Amatus? B. De la passiua. A. Loquens? B. del deponente.

A. Amans cuius significationis est? B. Actiue.

A. Amatus? B. Passiue.

A. Loquens? B. Deponentis.

A. De que potencia es? B. Del la copulatiua, o disjunctiua, o expletiva.

A. Cuius potestatis est? B. Copulatiue, Disjunctiue, Expletive.

A. Auriga de que genero es? B. Del comun.

A. Auriga cuius generis? B. Communis.

A. Bonus de que genero es? B. Del comũ genero.

A. Bonus cuius generis? B. Masculini: bona, feminini: bonam neutri.) Neutri, est dictio trium syllabarum. Sic neuter, neutra, neutrum. Vitiose proferuntur per eu diphthongum: quam, teste Prisciano, nulla recipit Latina dictio, præter heus & heu.

A. Dulcis de que genero es? B. Del comũ genero.

A. Dulcis cuius generis? B. Communis: dulce, neutri: ut hic & hæc dulcis, & hoc dulce.

Sermo como haze en genetiuo?

Sermo quem genitium habet?

Amo amas, como haze en el preterito?

Amo amas, quod præteritum habet?

Quid habet in præterito?

Quod præteritum facit?

Quanto al preterito, tiene y sigue la regla, quanto al supino facasse.

De præ

De præterito, regulam sequitur: de supino, excipitur. ) De præterito & de supino: id est, Quod ad præteritum, uel ad supinum pertinet. Tocante al præterito.

Varietas. Regulam sequitur, Tenet regulam, Seruat regulam, Sub regulam cadit. ) Regulam in hac significatione ferè semper dicunt ueteres Grammatici: ut Donatus, Seruius, Diomedes, Priscianus. Ipse quoque Macrobius aliquoties utitur. Græcè autem canon dicitur.

Ausonius. Is demum excessit Grammaticos canones. ) id est, Grammaticorum regulas. Dicitur & præceptum, & præceptio.

A. Da los que se comparan. B. Ut doctè, doctiùs, doctissimè, vel doctissimum,

A. Da comparandi. B. Ut doctè, doctiùs, doctissime. ) Sic in cæteris aduerbijs superlatiui gradus. Quis enim ( nisi forte poeticè, ut sit nomen pro aduerbio ) legit inquam talia?

Excipiuntur tamen pàucula: ut potissimum ( non potissime ) plurimum ( non plurime ) minimum: & minime: sed in sensu diuerso.

Primum uero, ultimum, postremum, supremum, & si qua sunt eiusmodi, aduerbia sunt ordinis.

Quòd autem apud Cicronem legitur POTISSIME, id rariùs est, quam ut in exemplum trahi debeat: ac fortasse legendum est PROMPTISSIME: id est, Præsenti paratòque animo. Libro tertio epistolarum ad Atticum, epistola uigesima prima cuius principium est, TRIGINTA dies.

A. Declina me a Roma? B. Nominatiuo hæc Roma, genetiuo huius Romæ, y ansi de los otros, no tiene, o carece de plural.

A. Declina



A. Declina Roma. B. Nominatiuo hæc Rôma, genitiuo huius Rômæ, datiuo huic Rômæ, accusatiuo hanc Rômam, uocatiuo ô Rôma, ablatiuo ab hac Rôma. Pluraliter non declinatur.

Varietas. Pluraliter non declinatur, Sine plurali, Plurali ceret.) sub. Nûmero.

A. Quantos generos ay de nombre? B. Siete.

A. Quales son?

A. Gênera nominum quot sunt? B. Septem.

A. Quæ?) sub. Sunt.

SCILICET non est interrogatiuum: sed aliû habet usum.

A. Quales son los modos? B. El indicatiuo, imperatiuo, el optatiuo, el conjunctiuo, y el infinitiuo.

A. Modi qui sunt? B. Indicatiuus, imperatiuus, optatiuus, coniuunctiuus, & infinitiuus.

A. Cur talia reprehendis? B. Quia uitiose proferendo, mihi le facis barbarissimos.

Barbarissimus quid est? Distio corrupta, uel sono, uel scriptura.

Quomodo fit sono barbarissimus? Malè pronuntiando. Ut cion profers docere pro docère: légerunt, pro legèrunt: lecturus, pro lecturus: præterito, pro præterito: abeo abes, pro habeo habes: omo, pro homo: odio odis, pro audio audis: godium, pro gaudium: & sexcenta eiusmodi.

Barbarissimus quomodo scriptura fit? Vitiose scribendo: ut cum scribis magistrum, pro magistrum: audiantes, pro audientes: Therentius pro Terentius: & talia propemodum innimera.

Est etiam barbarissimus, distio barbara, pro Latina: ut Portionista, pro conuictore.

T

Discite quæso pueri bene loqui, rectèque scribere: curate ut à nobis absit illa barbarismi & solæcismi foeditas.

De solæcismo supra dictum est, sub capite **DISP-VA-TANDI.**

**Perlego** es compuesto de per, y lego.

**Pérlego** componitur ex **PER** & **LEGO.**

**Pérlego** cõponitur ex duõbus integris: præpositione **PER,** & uerbo **lêgo, legis.**

**Intelligo** componitur ex duõbus corruptis, intel, pro inter: & **lro,** pro lego.

**Yo lo oy** dezir a Iuan.

Ab Ioanne accepi.) Cur dicis **AB** potius, quàm **A?**

**Quia** in nomine **IOANNES,** **I** non est consonans, sed uocalis: ideoque **AB,** illi, non **A,** præponitur.

**Quid itaq?** Nam distriõibus incipientibus à uocali, præpositio **A** nunquam iungitur.

Sic, ab Iacõbo, ab Hieronymo.

**Distingue** syllabas horum nominum **Ioannes, Iacõbus, Hieronymus, I, o, an, nes. I, a, co, bus. Hi, e, ro, ny, mus.**

**Ola** quitate de mi lugar.

**Heus tu,** cede loco meo.

**Ola** uere aca.

**Heus tu,** accède.

**Varietas.** Accède, Huc accède, Huc ades, Huc ad me ueni.

**ABVSVS**

## A B V S V S I N

quibusdam verborum  
accidentibus.)

Hoc caput est particula superioris.

A. Adonde se vende buen vino? B. A la enseña  
de san Nicolas.

A. Vbi uenditur bonum uinum? uel,

Vbi ueniale est bonum uinum? B. Ad signum diui Nicolai.)  
id est, In ea domo, cui signum est imago diui Nicolai.

A. Cur non recte dicitur, Vbi uendunt?

B. Quia uerbum personale ponitur hic absque nominatiuo:  
qui nec potest honeste subaudiri.

Sexcenta sunt eiusmodi in puerili sermone, in quibus aut  
uerbo impersonali, aut passiuo utendum est: ut, Quid faciunt?  
pro Quid fit? Quid agitur? Prandent, Cœnant, Ludent:  
pro, Prandetur, Cœnatur, Luditur.

Aut addendus est aliquis nominatiuus: ut, Quid faciunt  
pueri?

In paucis subauditur nominatiuus: ut, Aiunt, Et in tali genere  
loquendi, quale est hoc,

Arant bobus in Italia.) id est, Itali bobus arant. uel,

Aratur bobus in Italia. En Italia labran la tierra con  
bueyes. Quod genus elocutionis frequens est apud  
Plinium.

Ya han repartido el pan.

Iam distributus est panis.

Iam panis diuisus est.

A. Que se haze? B. Iuega se.



A. *Quid fit?*

*Quid agitur?*

*Quid faciunt pueri?*

A. *Que hazen los mochachos?* B. *Iuegan, cantan, van se a la missa.*

*Quid fit à pueris?* B. *Luditur.*

*Cantatur.*

*Itur ad sacrum.*

*Varietas. Ad sacrum, Ad sacrificium, Ad rem diuinam.*

*Dizen la missa.*

*Fit sacrum,*

*Fit res diuina,*

*Fit sacrificium.*

*Reditur à sacro. Tornan de la missa.*

*Van a viespras.*

*Itur ad uespertinas.) sub. Laudes uel preces.*

*Canuntur uespertinae. Dizen viespras.*

*Reditur à uespertinis. Vienen de viespras,*

*Van a maytines.*

*Itur ad matutinas.) sub. Preces, aut laudes.*

*Canuntur matutinae. Dizen maytines.*

*Reditum est à matutinis. Bueluen de maytines.*

*Vacatur praelectionibus. Hazen las lecciones.*

*Disputatur. Disputasse.*

*Iam fiunt exactiones. Ya hazen reparaciones.*

*Ya se va cada vno a su camara.*

*Discéditur in cubicula.*

*Van se a la primera missa.*

*Itum est ad prius sacrificium.*

*Van se a la gran missa.*

*Itum est ad posterius sacrificium.*

*Itum est.* Fueron se.

*Reditum est.* Tornaren se.

Oy cantaran, oy se hara exercicio en la musica.

*Hodie cantabitur.*

*Erit hodierno die in musicis exercitatio.*

A. Que hazen en la sala? B. Comen, cenan, dicen gracias.

A. *Quid fit in triclinio?* B. Prandetur, Coenatur, Aguntur gratie.

*Hoc triclinium triclinij.* Vna sala a beuer, y comer.

*Sic utitur Cicero, & doctissimi quique.*

Ya se dicen las gracias.

*Iam aguntur gratie.*

*Iam aguntur laudes.*

*Iam pronuntiantur gratie.*

*Plautus, Letus, lubens laudes ago.*

Ya se han dicho las gracias.

*Iam actæ sunt laudes.*

*Iam actæ sunt gratie.*

A. Que se ha mandado, o concedido, y permitido? B. Han mandado hazer reparaciones.

A. *Quid imperatum, aut indultum est?* B. *Imperatæ sunt exactiones.*

*Indultum est, ut ludatur.* Han permitido jugar. Han dado licencia de jugar.

Tenemos alguna cosa de gracia, permitida, y concedida?

A. *Ecquid indultum est?*

De gracia? antes mandosse que se tomasse cuenta de las liciones, o que se hiziesen reparaciones.

*Indultum? Imò imperatæ sunt exactiones.*

Han mandado hazer licion.

*Imperata est praelectio.*

No se juega más.

*Désitum est ludere.*

A ludo cessatum est.

*Columella, Etiam si interim cesset à partu: id est, quamvis interim parere désinat.*

*Désitus est ludus.*

Desicrunt ludere püeri.

*A ludo recessum est. Désitum est, Cessatum est, & Recessum est, Impersonalia sunt.*

Dizele, o dizen que no aura licion antes de quatro horas.

*Negant futuram praelectionem ante horam quartam.*

Tienen licencia de se acostar.

*Facta est cubandi copia.*

Püeri dormitum dimissi sunt.

*Ad lectum dimissi sunt pueri.*

An embiado los estudiantes a dormir.

*Dimissi sunt ad somnum scholastici. Scholastici: sub. Püeri.*

*Sciendum tamen, non rectè dici, Scholasticus meus, aut scholasticus eius: sed discipulus meus, &c. Tamen si Hispanicè sic dicimus, Es mi estudiante.*

El regente, o maestro ha dado licencia a sus discipulos de ir se acostar.

*Præceptor discipulos ad somnum misit.*

El maestro ha vedado, que ninguno se fuesse a dormir antes de diez horas.

*Didáscalus uenit, ut ne quis ante horam décimam somnum peteret.*

*Quid inter se differunt Vetare & Prohibere? Vetat qui iubet ne quid*



*ne quid fiat. Próhibet, qui impedit.*

*Vetare, Defender.*

*Prohibere, Impedir, y guardar que no se haga.*

*Vos mandastes que hiziessemos aquello.*

*Iussisti nos id facere. Hac est, Iussisti ut illud faceremus.*

*Defendiste que esto no se hiziesse.*

*Vetuisti nos id facere. Vel,*

*Vetuisti, ne id faceremus. Tu dixiste, que no hiziessemos eso.*

*Iubere & vetare contraria sunt.*

El principal, y primario veda, que los estudiantes no salgan del colegio, y el portero los guarda e impide que no salgan.

*Gymnasiarcha vetat scholasticos exire gymnasio: ianitor autem prohibet.*

*Habent ad campos, Ad ludendum, Ad cubicula, &c. Vide sub capite HABERE.*

Esta vedado, que ninguno de los de la camara del primario se vaya acostar, hasta que el lo permita.

*Vetatum est, quempiam è cubiculo gymnasiarchæ cubare, donec ipse cubitum dimiserit.*

Los de la primera classe pronuncian por orden en la sala.

*Ex prima classe, suo quisque ordine in triclinio pronunciat.*

*Varietas. Suo quisque ordine, Suo quisque loco.*

En nuestro general no pueden jamas oyr a nuestro regente, por el ruydo de los moços.

*In auditorio nostro nunquam fit à pueris silentium præceptori.*

*Condiscipuli nostri nunquam animaduertunt cum silentio.*

*Varietas. Fit silentium, Datur silentium.*

Tantas mançanas me han traydo, que yo no las podria, ni sabria contar.

*Tot mihi allata sunt mala, ut numero complecti nequeam.*

Non possum numero comprehendere, quot mihi aduecta fuerint mala.

*Mala mihi domo aduecta enumerare non licet.) Id est, Non possum.*

*Malorum mihi aduectorum incertus est numerus.*

Hoc malum. Vna mançana. ut

*Malum orbiculatum: Vna mançana de paradiso.*

*Malum curtispendum: Vna mançana de mançana que se llama a Paris, Pomme de carpendu, quasi in dicas, Court pendu. Budæus.*

*Malum Punicum. Granada.*

*Malum Persicum. Prisco.*

*Pomum adeo generale nomen est, ut non solum de malis dicatur, sed etiam de moro, de ceraso, multiisque alijs que mala dici non possunt. Sed de his fortasse alibi.*

Han me dicho, que el mensajero es venido.

*Dictum est mihi nuntium uenisse.*

Ya se ha hecho lo que mandaste.

*Factum est quod iussisti.*

*Quod iusseras, effectum est.*

Han me escrito de mi tierra, que me parta mañana.

*A meis scriptum est mihi, ut cras discedam.*

*Nuntiatum est mihi domo, ut me cras ad discessum pararem.*

Mi padre me embio a dezir, que yo me partiesse mañana.

A padre

*A patre significatus est mihi in diem crástimum discessus.*

Siflaron al maestro sus discipulos.

*Exibilarunt discipuli praeceptorem.*

*Exibitatus est a pueris didascalus.*

*Qui fuerunt sibilatores? Quien son los que siflaron? )*

*Sibilatores: id est, A quibus quis exploditur, sine exhibitur. Ex Nonio.*

Yo oy a vno que siflana.

*Audini quempiam sibilantem.*

Siflando llaman a los perros.

*Sibilo canes euocantur.*

Algunas vezes, los oydores echan fueras los profesores publicos a fuerza de patear los.

*Exploduntur interdum publici professores ab auditoribus.*

Tu estas puesto en la tabla de los que se notan.

*Tu relatus es in tabellam delatoriam.*

*Notatus es in tabella.) sub. Delatoria.*

No han leydo este año los rotulos, y tablas de los que estan notados, como hizieron en el pasado.

*Hoc anno, ut superiore, tabellae delatoriae exactae non sunt.)*

*De his inuenies alibi formulas.*

Manaña daran a cada vno su compañero para rezar, y dezir sus horas.

*Cras ad horarias preces par pari iungetur.*

*Varietas. Ad horarias preces, Ad horarias precatiões, Ad laudes horarias, Ad psalmos horarios.) sub. Legendos, uel recitandos.*

Dad a cada vno su igual, y compañero.

*Parum pari coniunge.*

*Fac, ut par pari iungatur.*



Horatius, Vt coëat par, iungaturque peri, ) Sensus est, Vt par pari coeat: id est, iungatur, conueniat, coniungatur. Nam hic iungatur, per Epexegetim (id est, Expositionem) additum est.

Mañana se hara vna comedia.

Cras agentur comœdiæ.

Acturi sunt quidam crastino die comœdiæ.

Agendæ sunt cras comœdiæ.

Dies crastinus dictus est agendis comœdiis. ) Licet enim eiusmodi poemata ludicra nostri temporis, non referant ueteres comœdiæ: tamen paulo rectius comœdiæ, quam dialogos appellabimus. Quid enim habent simile dialogo?

Nuestro maestro, y preceptor hizo vna farsa, o comedia muy graciosa.

Preceptor noster comœdiam fecit lepidissimam. ) id est, iucundissimam.

No les dexaron representar su comedia, o farsa, echada, y no recibida.

Exacta est illorum comœdia. ) Exacta est, id est, Exclusa, Non admissa.

La comedia no agrado.

Non placuit comœdia. ) Sub. Spectatoribus.

Calla te, lo qual se dize quando alguno enhada, y enoja a otro incitando le, y enojando le.

Désine,

Quiesce, Cessa.

Désine me laceffere. ) Pro imperatiuo pueri solent abuti presentis coniunctiui, dicentes, Veniat, taceat, désinat, capias, similiæque, pro Veni, tace, désine, cape, quod omnino eruditis auribus odiosum est. Nam quod hæc interim leguntur apud cómicos, sermonis est abusus: subaudi-

turque

turque uerbum F A C, aut aliquid simile, teste Donato.  
Terentius, Quiescat: id est, Fac ut quiescat.

Dexa me, dexa me en paz.

Mitte me.

Omitte me.

Dimitte me.

O la, dexa me, o de otra manera, yo llamare al preceptor.

Hem, omitte me, alióqui præceptorem in clamabo.

Dexa me, tu hazes del loco.

Omitte me, tu nimium lasciuus.

Lasciuo, lasciuus: lasciuui, lasciuire, lasciuutum. Lugar, y hazer del loco como los niños, o mochachos pequeños.

Los mochachos hazen de los locos en el general.

Pueri lasciuunt in auditorio.) De hoc uerbo alibi supra.

Varietas. Lasciuunt, Ineptiunt, Pérstrepunt. Hazen locuras, hazen mucho estruendo, y ruy o.

Oy predicaran.

Erit hodie sacra concio.

De rebus diuinis hoc die sermo fiet.

A. Nónne Latinum uerbum est concionabitur?

B. Latinean quidem: sed non est impersonale. A. Cur non?

B. Quia a uerbis deponentibus, quale est concionor, non sunt uerba impersonalia. A. Pone igitur in oratione hoc uerbum concionabitur.

Gymnasiarcha die crástino concionabitur. El primario predicara mañana.

Oy predicaran en Latin.

Habebitur hodie Latina de rebus diuinis oratio.

Hazer

Hazer vna harena, o oracion.

*Habere orationem.*

El primario predica en la sala.

*Gymnastarcha in triclinio concionatur.*

## GRATVLANDI.

### CAPVT XXXII.

En esto conozco tu humanidad, que me declaraste, tan priuadamente por tus cartas, el plazer que recibiste de mi beneficio.

*Quòd mihi tuis literis de sacerdotio tam familiariter gratulatus es, agnosco humanitatem tuam.*

*Gratulari.* Hazer la en hora buena de palabras, que es mostrar, y declarara vno, a otro, hablandole, o escribiendole que esta alegre de su bien, o de su buena fortuna, o de qualquiera otra cosa por amor, y causa del.

Hizo me buen recibimiento a mi venida, que es que se declaro, y mostro alegre a mi venida.

*Aduentum mihi gratulatus est. Ex Terentio.*

Plega a Dios, que ayas venido de buen hora.

*Auspicatò adueneris.*

*Gratulor tibi sanè aduentum.) Adueneris: sub. Utinam: ut sit sensus. Utinam adueneris auspicatò,* En la buen hora.

*Et est Auspicatò, aduerbium qualitatis.*

Yo estoy alegre de veros buelto sano, y saluo.

*Saluum te aduenisse gaudeo. Terentius.*

Yo oy dezir, que te as bien enriquecido de poco tiempo aca, cierto yo estoy bien alegre dello, y ruego a Dios, que te lo dexe bien gozar, y prospere.

*Accepi,*



Accepi magnam fortunæ accessionem tibi paucis abhinc diebus factam esse: quod equidem tibi gratulor: optoque, ut eam rem bene tibi uertat Deus.

Yo recibí gran plazer, por tu en hora buena.

Periucunda fuit mihi tua gratulatio.

Tua gratulatio me uehementer delectauit.

Magnam cepi ex gratulatione tua uoluptatem.

Quod mihi es gratulatus, id sanè mihi fuit iucundissimum.

Yo me gozo por tu buena fortuna, y acontescimiento.

Letor prospera tua fortuna. ) id est, Ob tuam prosperam fortunam. Ex Cicerone.

Yo estoy alegre, que en todos tus cosas, la fortuna te aya fauorecido, o que aya respondido a tus deseos.

Letor, quod in omnibus tuis rebus, fortuna tuis optatis respondit. ) id est, Satisfecerit. Ex Cicerone.

Yo me alegro por el beneficio que al presente tienes.

Letor presenti sacerdotio tuo. Ex Cicerone.

Hoc sacerdotium. Vn beneficio ecclesiastico.

Dios quiera que esto sea para tu descanso, y alegría.

Opto ut tibi sit istud uoluptati. ) id est, Letitie.

Vtinam tibi ea res afferat gaudium.

Velim, eam rem tibi esse letitie. ) id est, Opto ut ea res afferat tibi letitiam.

Dios prospere tu patrimonio.

Tibi patrimonium Deus fortunet. Ex Cicerone.

Exopto rem patriam tibi à Deo fortunari. ) Hoc est, Ut res patria tibi à Deo fortunetur.

Res

*Res patria, pro patrimonio. Sic bona patria.*

*Terentius, Itidem patria qui obligauerat bona.*

*Optare & Exoptare, est precibus aliquid à Deo postulare.*

Demandar, y desear, que plega a Dios.

Yo ruego a Dios, que te de muy dichosa vida.

*Tibi opto uitam felicissimam. ) subaudi. A Deo dari.*

Yo ruego a Dios, que te de buena fortuna.

*Fortunam tibi opto prosperam dari. ) sub. A Deo.*

*Optima quæque tibi opto contingere. uel,*

*Exopto, ut optima quæque tibi contingant. Yo ruego a*

Dios, que todo bien te venga.

## H A B E R E.

### C A P V T . XXXIII.

Tienen licencia de ir a jugar a los campos.

*Facta est potestas excurrendi in hortos suburbanos.*

El principal dara oy licencia de ir a jugar a los campos.

*Hodie gymnasiarcha dabit remissionem in hortis suburbanis.*

*Cicero, Hodie non descendit Antonius. Cur? dat natalia in hortis. ) id est, Dat facultatem celebrandi natales dies in hortis suis.*

Quando se hara algun doctor en Theologia, tendremos campos.

*Cum primium quispiam laurea Theologie donabitur, ludendi in hortis suburbanis copia nobis fiet.*

*Vt primium quis accipiet Theologie doctura insignia, lusu exhibimus in hortos suburbanos.*

*Varietas, Donabitur, Decorabitur, Ornabitur.*

*Horti suburbanis.* Los jardines a los quales se van a tomar

mar plazer, y jugar que son fuera de la ciudad, o arrabales.

*Suburbana, suburbanorum.* Los arrabales.

*Post Budæum non uereor Doctrinam dicere. Quid enim fiet, nisi ad res nouas uerba noua fingantur ab ijs, quos penes arbitrium est, & ius & norma loquendi?*

Han nos embiado a nuestras camaras.

*Dimissi sumus in cubicula.*

*Dimissi sunt in cubicula pueri.*

Todo este dia tenemos para jugar.

*Feriatuſ est nobis hic totus dies.*

*Totus hic dies est ludo dicatus.*

Lo que queda deste dia, nos es permitido de jugar.

*Reliquo die licet impune ludere.*

*Est nobis remissio in hunc totum diem.*

*Totum hunc diem uacabimus.*

*Otiabimur. Feriabimur.*

Tenemos licencia de dormir mañana hasta bien tarde.

*Concessum est, ut cras in multam lucem dormiamus.*

No tendremos mañana de mañana licion, o de mañanita.

*In crastinum matutinum soluti sumus. id est, Absoluti & liberi.*

*Soluti sumus in crastinum diem praelectione matutina.*

El principal a dicho, que no haremos mañana nada.

*Gymnasiarchæ uenia cras feriabimur.*

Fue azotado, ouo a las nalgas.

*Cæse sunt illi nates.*

Natibus



Natibus suis pœnas dedit, luit, soluit.

Cæsus est natibus. ) Figuratium quidem: sed tamen in quoti-  
diâno sermone tolerabile.

Culus Latinon est nomen: sed quod aures offendat. ) id est, Ta-  
le est: ut aures offendat.

No tenemos que aprender sino cinco versos de  
Terentio.

Habemus tantum quinque Terentianos uersus ediscendos.

Hic uersus, huius uersus. Vn verso compuesto por me-  
dida, como los de Caton, Virgilio, o Terentio.

Hoc carmen, carminis. Vna obra hecha en verso, como  
vna Egloga, vn Epigrama, o vn Epitaphio.

Tenemos en lición quinze renglones de Cice-  
ron.

Habemus ex Cicerone quindecim uersiculorum prælectio-  
nem.

Hic uersus, huius uersus. Vn renglon de qualquiera escri-  
ptura que sea. Hic uersiculus, uersiculi, pro eodem.

Tenemos vn tema, y materia muy breue.

Habemus thema breuissimum.

Për breue argumentum nobis est propositum.

Tenemos licencia de jugar.

Facta est ludendi copia. ) sub. Nobis, siue pueris.

Ad ludum dimissi sumus.

Data est ludendi uenia.

Ludi facta est potestas.

Data est ludendi facultas. Indultum est, ut luderemus. ) Indul-  
tum est, uerbum impersonale, ab indulgeo, indulsi, indul-  
tum. Sic Concessum est, à concedo.

A. Por que te vas de aqui? B. Yo tengo que hazer.

A. Cier hinc abis? B. Est mihi negotium.

A. Cui

**A.** Tur discedis? **B.** Est mihi aliquid negotij in cubiculo. Yo tengo que hazer en mi camara.

Yo tengo vn poco que hazer con vno de nuestra tierra.

Habeo quidpiam rei cum quodam nostrate.

Yo tengo negocio fuera, o en la ciudad.

Sic loquuntur pueri in gymnasijs, quasi sint extra urbem.

Est mihi foris negotium. id est, Extra hanc domum.

Est quod foris agam. id est, Agere debeam. Est: sub. Aliquid.

Habeo foris aliquid negotij. Quod si extra urbem fueris, sic dices:

Est mihi negotium in urbe. Error autem ille puerilis maneat à Gallico sermone. Nam etiam in urbe agentes dormi, sic dicere solemus. Yo tengo que hazer en la ciudad.

Foris & Domi, veluti contraria sunt. ut,

Domi cenat. Cena en casa.

Cenat foris. Cena fuera.

Que conocencia tienes tu con aquel?

Quid tibi cum illo familiaritatis est?

Quenam tibi necessitudo est cum isto homine? Donde lo

conoces? Donde te es conoscido.

Vnde illum nosti? Vel,

Vnde tibi est notus?

Por que conuerlacion le conoces tu?

Quo usu tibi iste est cognitus? id est, Qua consuetudine.

Que familiaritas cum illo tibi intercedit?

Quenam tibi est consuetudo cum illo?

No ay conolcencia entre mi y aquel.

Nulla est inter me & illum notitia. Ex Terentio.

*Sic, familiaritas, amicitia, propinquitas, cognatio, consuetudo.*

*Necessitudo, id est, Consilio, siue ex amicitia, siue ex propinquitate: Hoc est, Cognatione uel affinitate.*

*Necessitudo, Es vna aliança, que viene, o de amistad, o por parentesco.*

*Notitia. Toda manera de conosciencia, que tiene vno a otro. ut ex uicinitate, aut ex aliquot congressibus.* Como por vezindad, o por auer conuersado alguna vez juntos.

*Familiaritas. Familiaridad, conosciencia priuada, que tienen juntamente.*

No tienes otra cosa que hazer, sino meter te en los negocios agenos, y donde no te llaman?

*Tantumne est tibi otij ab re tua, ut aliēna cures?* Hoc ad uerbam sic transferri potest. Tienes tanta ociosidad y lugar en tus negocios, que tienes cura y cuydado de los negocios de otro? *Terentius.*

*Ab re tua: id est, quantum ad negotium tuum pertinet. Tocante a tu proprio negocio.*

*Itāne a rebus tuis otiosus es, ut sint tibi aliena cura?*

*Hæc res est mihi cura. Id est, Hanc rem curo. Yo tengo cuydado desta cosa, yo tomo cargo. Cura, dicitur est.*

Que tienes que hazer con aquel.

*Quid cum illo res tibi est?*

*Quid est tibi cum illo?*

*Quid cum illo tibi est negotij?*

*Quid est tibi cum illo commune?* Que tienes con el que partir.

*Quid tibi est cum illo commercij?* Que tienes que mercadear



eadear juntamente?

Hoc commercium, commercij: proprie negotium inter mercatores.

Que tengo yo de necesidad de ti?

Quid ego tui?

Quid mihi prodesse, aut obesse potes? id est. Nocere.

Quia mihi tecum? sub. Est. Que tengo yo que hazer con tigo?

Quid tecum agas? id est, Quid mihi facere potes? Que me haras tu?

Tienes alguna cosa de necesidad de mi, ay alguna cosa que yo pueda hazer por ti?

Ecquid eges opera mea?

Ecquid opus est tibi labore meo?

Nunquid vis? Hoc proprie dici debet, cum quis ab alio discedit. Rustice autem dici solet. Vtrum vis aliquid de me?

Quieres algo de mi? Por ventura quieres algo de mi, que yo te pueda hazer.

Nunquid aliud vis? uel,

Nunquid est aliud, quod opera mea tibi opus sit? Quieres alguna otra cosa? Ay alguna otra cosa, en que tengas que hazer de mi, y de mi menester, quieres me mas? Has menester mas de mi?

Nunquid me vis ceterum? De hoc sunt etiam formule sub capite INTERROGANDI.

Yo no querria jamas tener nada contigo.

Nihil unquam tecum uelim contrahere.

Nollem habere rationem tecum.

Nolum tecum quicquam commiscere.

Yo no quiero nada tener que partir contigo.

Nihil tecum uelim commune habere.

Yo no me quiero fiar en ti,  
*Fidem tuam sequi nolo.*

Yo no tengo ningun credito acerca del, o con el.  
*Nullam mihi fidem habet.*

Yo perdi mi credito con el.  
*Nulla est mihi apud illum fides.*

Yo perdi mi credito con el.  
*Nibil mihi credit.*

El me perdió su credito.  
*Ille mihi paruum habet fidem.*

Tu perdiste tu credito.  
*Fidem tuam labefactasti. Cicero.*

Consumpiste tu credito.  
*Consumpsisti fidem. Sallustius.*

Casi as perdido tu credito.  
*Affecta est fides tua.*

Tuercer el credito, Guardar y tener su credito.  
*Tueri fidem, Guardar y tener su credito.*

Tuercer el nombre, Guardar su fama, y nombre. Vtrun-  
*que ex Cicerone.*

No te mezcles en nada con el.  
*Ne quid rei cum illo commisceas.*

Mira y guarda que no te rebueluas con el.  
*Vide, ne quid cum illo contráxeris.*

Mira y guarda que no te rebueluas con el.  
*Cave ut sit tibi cum illo commercium.*

Mira y guarda que no te rebueluas con el.  
*Cave cum illo impliceris.*

Mira y guarda que no te rebueluas con el.  
*Cave cum illo rem habeas.*

Mira y guarda que no te rebueluas con el.  
*Non est tibi tutum cum illo commercium.*

Que tienes que hazer con el?  
*Quid tibi cum illo est commercij?*

Que tengo yo que hazer contigo?  
*Quid mihi tecum est commercij?*

Virtud y deleyte, o plazer mundano no conuien-  
 nen bien juntamente.  
*Voluptas nullum habet cum virtute commercium. id est,*  
*Virtuti*

*Virtuti non conuenit cum uoluptate.*

*Non bene conueniunt uirtus & uoluptas, nec possunt simul consistere.*

No tuue nada que entender con el.

*Cum illo nullum fuit mihi commercium.*

*Quid mihi est tecum? uel,*

*Quid rei tecum mihi est? Que tengo yo de hazer contigo?*

*Que tengo yo de hazer o ver con vuestras leyes?*

*Quid mihi est cum uestris legibus commercij? Plautus.*

Yo tengo alguna cosa por ti.

*Habeo tibi aliquid.*

Yo tengo que dezir te.

*Est quod te uelim conuenire. id est, Aliquid est, propter quod, uel de quo uolo te alloqui.*

Yo tengo alguna cosa, que te dezir por tu prouecho.

*Est in rem tuam, quod tibi dictum uelim.*

*In rem tuam: id est, In tuam utilitatem.*

No tienes animo, ni corason.

*Nihil habes animi.*

Tu es ánimo abiectissimo.

*Animo es fractissimo.*

Desto no seras loado ni honrrado.

*Nullam in hac re laudem capies.*

De hoc nullam gloriam consequeris.

Yo no tendre question ninguna contigo.

*Nulla controuersia erit mihi tecum. id est, Non contentam tecum.*

*Nulla mihi erit aduersum te contentio.*

Yo no tengo dinero presente.



Non est mihi in numerato pecunia.

Non habeo in promptu pecuniam.

Non est mihi pecunia praesens.

Non habeo pecuniam in numerato.

Da presente, o contado dinero.

Da presentem pecuniam.

Representa.

Representare, siue representare pecuniam. Pagar contado, o dinero contado.

Ex Cicrone & Suetonio.

Tiene buen comienço, o ha bien comenzado.

Bene imbutus est.

Optima iecit fundamenta.

Optimus imbutus est fundamentis.

Habet optima rudimenta.

Ya entiendo algo, o algun tanto.

Iam sapit aliquantulum.

Esta bien adelante, ha aprouechado bien.

Iam multum sapit.

Iam multum promouit.

Iam profecit plurimum.

Iam doctrina prouectus est.

Mi hermano tiene grados, o esta en orden sacra.

Sacerdotum sacris initiatus est.

Cierto que eres donoso, y gracioso.

Na tu homo es lepidus.) Ironia est: id est, Irrisio. Dize se por burla.

Ciertamente esse es vn hombre gracioso.

Scitum hercle hominem, Terentius. Hic quoque ironia est.

En nuestro colegio tienen mejor tiempo, que en el vuestro.

In nostro

In nostro gymnasio liberius, quam in uestro aiuntur.

Nostrum gymnasium uestro liberius est.

Nostra schola est uestra indulgentior.

Yo tengo el querer, mas el poder no.

Non uoluntas mihi deest, sed facultas.

Volo quidem, sed non possum facere.

Tu tienes lo que muy mucho deseabas.

Id habes, quod optabas maxime.

Tu es uoti compos.

Id nactus es, quod cupiebas.

Habes, tota quod mente petisti. Virgilius.

Tu tienes al cabo lo que querias, y demandabas,

lo que auias menester.

Hoc dicitur in eum, qui nunquam quiescit donec inuenierit in-

fortunium.

Quod querebas, tandem inuenisti.

Tu te hallaste, y causaste esto.

Tute istud tibi peperisti.

Istas compedes tibi fabricasti. Proverbium.

Tute hoc tibi intruisti. Terentius.

Intero, interis, intrui intritum. Majar como en mor-

tero. Est igitur hic metaphora.

Tiene las orejas grandes, como vn asno.

Afinias habet auriculas.

Auritus est instar aselli.

Tiene muchos que le acompañan, que le siguen,

Multos habet comites.

Habet magnam comitatum.

Est illi ordo comitum longissimus.

Magno incedit comitatu.) id est, Cum magno comitatu.

Affectantur eum plurimi.

*Com multis gráditur comitibus.* *Per multis comitibus suspátus est.*  
*Comitatus, huius comitatus.* La compañía que siguen, y  
acompañaa a vno.

*Comitatus regius.* Los que siguen al rey.  
Tiene mala cabeça. Es feroz, y pertinaz, o te-  
starado, que no le pueden regir, ni hazer na-  
da con el.

*Est cerebrôsus.*  
*Homo est peruersi cêrebri.*  
*Homo est duræ cernicis.* id est, *Ferox, & indomabilis.*

Es pertinaz, y porfiado, y obstinado.  
*Est pertinax.* vel, *Est ánimo pertináci.*  
*Pertinacia.* El vicio de obstinacion, y porfia.  
*Hoc cêbrion.* El cerebro.

*Hæc ceruix cernicis.* Ceruiz.  
*Hic iugulus.* Garganta.  
*Iugulauit eum.* Hale cortado la garganta, degollo le.  
*Est homo peruicax.* vel,

*Labôrat peruicâcia: id est, Nemini vult cedere.* No quie-  
re obedescer a ninguno.  
Tienen mala costumbre en esta tierra.

*Non est laudâbilis huiusce mos regiônis.*  
*Huius prouinciæ morem non probo.*  
*Non placet mihi huius loci consuetúdo.*

Tenemos mala porcion, que es como mal pan,  
mal vino, mala carne.

*Dixiter uictitamus.*  
*Asperrimus est noster uictus.* *Plautus.*

Tenemos pequeña porcion, no nos medio har-  
tamos.

Tenuiter



*Tenuiter uiuimus.* *Quo libris non habetis?*

*Tenuis est noster uictus.* *Los de la impresión de B.*

*Tenuiter uictus.* *de B. o de B. o de B. o de B.*

En el collegio de Nauarra tienen buena porción,

*Optimus est uictus in museo Nauarrano.*

*In schola Nauarra probe aluntur comestores.*

Tiene ojos en el cocote, esto es que es canteo, y

que mira a todas partes, sin hazer semblante

que mira.

*Habet oculos in occipitio.*

*Etiam à tergo est oculatus.*

*Hoc occipitum, occipitij: Hoc occiput, occipitis,* Lo detras

de la cabeza.

*Hoc sinciput, sincipitis,* Lo de delante.

*Hic uertex,* Lo alto

*Tempora,* La sienes.

Yo tengo vn tal libro, como este que tu tienes:

*Habeo tale u. codicem.* *Sub. Qualis est is quem teneo, uel dea*

*monstro.*

*Est mihi liber huic similis.*

*Habeo eiusmodi uolumentum.*

Yo tengo vn libro de la impresión de Badio.

*Habeo librum ex officina Badij, uel, Badiana.*

*Est mihi codex, Badianis excusus formulis.*

Mis libros todos, son casi de la impresión de Ale

maña.

*Sunt mihi ferè codices à Germania.*

*Hec officina,* Vna tienda.

Tiene muchos libros de la impresión de Aldo.

*Multos habet codices Aldinos.*

*Sunt illi complures libri Aldinis exarati characteribus.*

Que libros son los mejores, o mejor impressos, los de la impressiõ de Badio, o de Colineo, o de Roberto Stephano?

*Optimè excusi codices, an à Badio sunt, an Colineo, an Roberto Stéphano?*

Ay muchos impressores, o imprimidores, que nõ hazen que gastar los libros.

*Plerique typographi nihil aliud quàm libros deprauant. Hic typographus, Vn imprimidor.*

*Varietas. Deprauare, Corruptere, Contaminare.*

Es vn libro arto comun.

*Est vulgatus liber.*

*Inter manus ille versatur liber. Inter manus: sub. Omnium) id est, Ab omnibus, vel à multis, legitur. Ex Cælio ad Cicer.*

*Liber ille est in manibus.*

*Cicero, Est in manibus oratio.*

*Omnium manibus teritur ille liber.*

*Varietas. Vulgatus, Pervulgatus, Vulgatissimus.*

Tiene vn officio publico.

*Præpositus est cuidam publico negotio.*

*Præfectus est cuidam reipublicæ mûneri.*

Yo no tengo mas cargo deste officio.

*Huius mûneris vacationem habeo.*

*Immûnis sum huius oneris.*

*Hęc nãco mûnere.*

Esta quito de su officio, que es que no es mas obligado de lo exercitar.

*Habet officij vacationem.*

Esta quito del cargo de su officio.

*Vacat officij mûnere.*

No tiene piedad de nadie.

*Nullius*

Nullius ille miseretur.) Hoc personale est uerbum.

Nullius hominis eum miseret.

Nullius eum miserescit.

Nullius eum miseretur.) Hæc tria posteriora sunt impersonalia.

Nemini parcit.

Illi est ferreum pectus, & dura præcordia.) id est, Inexorabilis est. Ex declamationibus Quintiliani.

Es grande miteria.

Magna est profectio miseria.

Haze me gran compassion.

Eius uicem magnopere doleo.

Summopere doleo miseriam illius.

Graviter moueor eius miseria.) id est, Propter eius miseriam.

Cassion eius uehementer doleo.

Yo tengo compassion de tu miseria.

Fortuna tua me miseret.

No hazes bien, no hazes segun que es iusto.

Non rectè facis.

Iniquè facis.

Non æquum facis. Terentiust.

Non facis ut æquum est.

Non facis ut te decet.

Tu me hazes iniuria y daño.

Me ledis.

Noces mihi.

Facis mihi iniuriam.

Ledere: id est, Nocere, siue iniuriam facere. Empecer, hazer iniuria.

Offendere, Molestum esse, siue displicere. Ser molesto, hazer



zer de desplacer sin hazer alguna injuria.

*Fit enim offensio citra iniuriam.*

Hazer violencia, y fuerça.

*Violare, grauius est Ledere.*

Cicero, *Iustitia est, non uiolare homines: uerectandia, non of-  
fendere. Proprie tamen nocere.* Es hazer impedimen-  
to.

Tu me hazes hastio, y enojo.

*Me offendis, Vel, Mihi displices.*

*Molestus es mihi. Vel,*

*Tu mihi es odiosus.) id est, Molestus.*

*Odiosus es. Tu eres aborrescible.*

Tu le hazes injuria.

*Tu es illi iniurius.*

*Illi iniuriam facis.*

No tienes razon de tratar lo así.

*Iniurium est, ut istis modis illum tractes.) Iniurium est: id est,*

*Iniquum.*

*Illum tractas iniuriose.*

No le tracta humanamente.

*Non humanitus eum tractat. Ex Terentio.*

*Humanitus, pro humané.*

*Non humanitus: Id est, Inhumané.*

No tienes razon de dezir esto, no es bien dicho  
a ti.

*Iniuste loqueris. Plautus.*

*Malé loqueris.*

*Non equon dicis.*

*Non ius dicis.) Pro eo quod est,*

*Non recté dicis. Plautus.*

# INEPTIAE PVERILES.

## CAPVT XXXIIII.

Oy coxearas.

Hodie claudicabis.

Ab eiusmodi ineptijs, & scurrilibus iocis, arcendi sunt pueri. Hæc enim prorsus abhorrent à liberalibus ingenijs. Vt interim taceam, quòd his uerbis otiosis assuescunt Deum toties offendere: eum tamen se nihil peccare putent.

Esta galanamente vestido.

Totus est in elegantia uestium occupatus.

Suo sibi præter modum placet ornatu.

Vt sese ostentat!

O Dios, y como anda galano!

Vt sese infert magnifice! Plautus.

Vt sese circumfert cum sua elegantia!

Es hueſſo sin tuetano.

Est os exinanitum.

Est os medulla uacuefactum.

Medulla, El tuetano.

Esta tranquilado, o rayda la cabeza.

Est tonsus.

Est capite raso.

Abraso est capite.

Attonso est capillo.

Tonsura capitis est insignitus. Tiene corona.

Caluus est. Esta todo caluo.

Præcaluus, Caluopor delante. Suetonius.

Sic Recaluaſter: ut Laurentius interpretatur.

Recaluuſ.

*Recaluum*, pro eodem apud Plautum. ) Aut etiam *Recaluum*,  
pro caluo ponitur: ut saepe composita pro simplicibus.

Secundum alios *Recalvus* dicitur, qui caluo est occipite.

Que es caluo por detras. Licet hoc rarius accidat. *Re caluaster* autem, qui quouis modo caluescit. El que comienza a caluescer, qualquiera manera que sea, que es, o por delante, o por detras, o por toda la cabeza.

De mucho estudiar, y trabajar, se ha hecho caluo.  
*Nimio studio & labore sibi caluitium peperit.*

*Hoc caluitium, caluitij.*

*Iam caluescit.* Ya se haze caluo.

*Iam canescit.* Ya se haze cano.

*Iam cano est capite.* Ya tiene canos los cabellos.

*Hi cani, canorum.* Los cabellos, o la barba blanca por veiez, o enfermedad, o vicio de complexion.

*Inest illi plurima canities.* Esta muy cano.

*Desnuunt mihi capilli.* Los cabellos se me caen.

Yo pierdo todos mis cabellos.

*Desnuunt capillorum dicitur, quum desnuunt capilli: ut ferè fit post morbum uehementiorem.* Quando pierden los cabellos, como por enfermedad, o algun otro vicio del cuerpo.

El que tiene las piernas tuertas.

*Hic & hæc & hoc loripes, huius loripedis.*

*Claudus, clauda, claudum.* Coxo.

*Altero pede claudus est.* Coxo de la vna pierna.

*Claudus utroque pede.* Coxo de dos piernas, de dos la dos, y partes.

De vna pierna coxa.

*Claudicat altero pede.*

A. donde



A. Adonde lleuas esta gordura? B. A la caldera.

A. *Quò fers istam pinguedinem?* B. *In cœcibus.*

Hic cœcibus, Vn caldero.

Hoc abènum, Caldera para hazer calentar agua.

*Varietas. Quò fers? Quò portat?*

Terentius, *Quò portat puerum?*

Bien te ha limpiado las nalgas, o la trasera.

*Probè tibi deterfit nates.*

Tuas nates diligenter excussit.

Almoçote tu espinazo bien rezió.

*Tergium tuum strinxit acerrimè.*

Es menester almoçar bien los cauallos, porque esten lindos y reluzientes.

*Stringendi sunt equi, ut niteant.*

*Hec strigilis,* Vna almoçadera, o almoça.

Echo te muy bien las moxas del rabo.

*Pulchrè tibi muscas abègit à natibus.*

Abigo, abigis, abègi, abactum.

Echa los perros de la sala.

*Abige canes è triclinio.*

Echa de mi las moxas.

*Abige muscas à me.*

Echa de ti los que lleuan mensajes, y no los oigas.

*Abige abs te delatores.*

Hincha los carrillos.

*Infla buccam.*

Pon, o para el carrillo, para que te de vna boffetada, o vn boffeton.

*Præbe os. Terentius.*

Os, Propriamente es la boca. *Sed interdum ponitur pro*

*tota facie, hic autē est pars pro parte, Id est, Os pro mīla.*  
*Hec mala, mīle, La mexilla.*

*Hec bucca bucca.* La parte de la cara que hinchā,  
 quando soplan. *Vnde prouerbium.*

*Dicit quicquid in buccam uenit.*

*Ingulam praeuit.* Dio, o estendio de su voluntad la  
 garganta, para que le degollassen.

*Ceruicem praeuit.* Dio y baxo la ceruiz para que le  
 cortassen la cabeza.

*Sera bien aqotado.*

*Tu dentur illi nares.*

*Tu tuyste bien aqotado.*

*Tu plurimum uapulasti.*

No solamente fue aqotado, mas muy fuertemen-  
 te aqotado.

*Non modo uapulauit; sed & durissime uapulauit.*

*Varietas. Durissime uapulauit. Acerrime caesus est, Acerbissime est uerberatus.*

Trabajana de no querer obedescer al maestro pa-  
 ra que le aqotasse, pero aqotole muy bien.

*Conabatur didascalo reuelari: sed quam parum uapulauit!*

*Ironia est puerilis, pro eo quod est, Plurimum uapulauit.*

*Varietas. Uapulauit, caesus est, uerberatus est.*

Este niño, o mochachillo escupe sobre si, y se en-  
 suzia con su salina mesma.

*Paruulus iste seipsam conspuuit.*

*Sua ipsius salina se conspergit.*

INTER

## INTERROGANDI.

## CAPVT XXXV.

A. A quien es, o pertenece a hazer en la sala que-  
stiones? B. Es, o pertenesce a mi, a ti, o a tu  
compañero.

A. Cuius est in triclinio pronuntiare? B. Meum, uel tuum,  
uel cõparis tui.

A. Cuius interest pronuntiare? B. Mea, uel tua, uel paris tui.

A. Ad quem pertinet pronuntiare? B. Ad me, uel ad te, uel  
ad parem tuum.

A ti pertenece, o al que luego te sigue en el cata-  
logo?

A. Cuius interest ferre catalogum? B. Tua, uel eius qui te  
proximè sequitur in catalogo.

Quien es el que deue notar los ausentes?

A. Cuius est notare absentes? B. Thomæ.

Par & compar, uide sub capite DISPUTANDI.

Quien niega? o quien es el que contradize?

Quis inficiatur?

Quis abnuat?

Quis contradicit?

Quis negat?

Quis inficias inuenit? Inficias ire: id est. Negare. Vnde ina-

ficiari, pro eodem.

Inficiator, qui semper negat.

INFICIAS, Vix in alio casu reperies, quàm in accusatis

no plurali.

Quien te enseñó aquello?

A. Quis te illud docuit? B. Præceptor.



Vnde id scis? id est, A quo.

A quo istud didicisti? A praeceptore.

A quo accepisti? uel,

Vnde audisti? De quien lo oyste?

Quien te impide?

Quis tibi obstat?

Quis tibi nocet?

Quis obsistit?

Quis repugnat?

Quis prohibet?

Quis impedit?

Quis tibi impedimento est?

Quis aduersatur? Quien te dize al contrario?

Tu eres siempre contra mi.

Semper mihi aduersaris.

Tu me impedisti. Tu me as impedido.

Impedimentum, Impedimento.

Yo no te impido en nada.

Nihil te impedio. id est, Nulla in re tibi obsisto, sine aduersor.

Que cosa te impide, y estorua de hazer eso?

A. Que res te facere id prohibet? B. Nummorum penuria. Falta del dinero.

Argentaria inopia. Plautus.

A. Quid obstat, quo minus id faciat? B. Paupertas.

Porque cosa esta, o a que tiene, que la cosa no se acabe y cumpla?

Per quem stat, quo minus res transigatur?

A. Que te haze mal? B. La cabeça.

A. Quid tibi dolet? B. Caput.

A. Quid tibi dolet? B. Ventriculus. El estomago.

Que

*Que pars tibi dolet?*

*Que enfermedad tienes tu?*

*Quis te morbus habet?*

*Que es lo que le duele mas?*

*Quid illi potissimum dolet?*

A. Donde tomaste, o ouiste esta enfermedad?

B. De malas viandas y manjaras.

A. *Vnde istum morbum contraxisti?*

B. *Ex corruptis cibis.*

A. *Que hazes?*

A. *Quid agis?* B. *Studeo.*

A. *Quid rerū geris?* B. *Scribo epistolā.* E. *Scriuo vna carta.*

A. *Quid negotij tractas?* B. *Nibil prorsus.* Yo no hago cosa ninguna.

*Cesso,* Yo estoy ocioso, yo no hago nada.

*Yo estoy todo enhadado, y decaydo.*

*Omnino sum remissus.*

*Quid negotij: pro, quod negotium.*

*Que ganare yo en te engañar? o que puedo yo ganar a te engañar?*

*Quid mihi lucri est hac in re te fallere?*

*Quid mihi lucri est, te fallere?* Hoc est, *Quod lucrum mihi esse potest, si te fallam?* Ex *Terentio.*

*Fallere,* Engañar a otro con palabras, como mintiendo, o dando le a entender falso.

*Fallax,* Vn engañador.

*Falsus,* El engañado de palabra.

*Nugator,* Vn dezidor de cosas vanas.

*Vanus homo,* Idem quod *nugator.*

*Que podia hazer mas? Que cosa otra podia hazer?*

Quid facerem?

Quid amplius possum?

Quid est, quid hoc amplius efficere possim? ) Amplius hoc: id est, Maius hac re, quam scilicet facio. hoc, ablativus est, à neutro hoc, huius, absolutè posito.

Que pientas contigo mesmo?

Quid tecum uoluntas?

Quid uoluis apud te?

Quam rem uoluis ipse tecum?

Quidnam est, quod animo agitas?

Animi agitatio: id est, Cogitatio, tractatioque agendarum rerum honestarum.

Como lo podia yo saber?

Qui scire possum?

Vnde id scirem?

Qui sciam?) id est, Vnde scire possum? Modus potentialis.

Que sabes? o como lo sabes?

Qui scis?) id est, Vnde.

Vnde id scis?

Qui scis istuc?) pro Istud, more comicorum.

Que se sigue despues?

Quid sequitur?

Que quereys vos mas?

Quid uis amplius?

Quid uis præterea?

Sabes algo desto?

De hoc nunquid scis?

Ecquid scis de re illa?

Oyste algo desto?

Nunquid de hac re audisti?

Que cosa tienes tu en este mundo tu ya, adonde  
puedas



puedas poner el pie?

*Quid est in terris, ubi in tuo pedem ponere possis?*

Tienes o posees tu solamēte vna pisada de tierra?

*Ecquod habes terrae uestigium?*

Tienes solamente vn pie de tierra?

*Nunquid habes uel unicum terrae pedem?*

Y pues? has hecho algo en aquello sobre que te auia embiado?

*Quid? quod te miseram, ecquid egisti? Sensus autem est.*

*Ecquid egisti de eo, propter quod ego te miseram?) id est,*

*De re illa propter quam, & cetera.*

*QVID, Aduerbium est percontandi, quod Hispani dicunt,*

Y pues.

Y pues que dize el?

*Quid ait tandem?*

A quien parece?

*Cui similis est?*

A quien parece en la cara?

*Cuius formam gerit?*

*Quem refert ore hominem?) Ore: id est, Facie.*

*Quem facie representat?*

Tiene la boz, y habla de su madre. Habla como su madre. Oyendole hablar parece que sea su madre.

*Matris uocem exprimit. uel,*

*Voce matrem refert.*

Parece en la cara a su padre.

*Ore patrem refert.) Id est, Quantum ad os pertinet.*

Que cara tiene? De que estatura es? De que grandor?

*Qua facie?*

*Qua statura est? Cicero.*

Porque te ries? A que proposito ries? Que te mueue a reir?

*Quid rides?*

*Cur tu rides?*

Burlas te?

*Derides?*

*Irrides me?*

*Etiam me rides?*

En la camara de quien moras?

*In cuius cubiculo te contines?*

*In cuius habitas cubiculo?*

Quien lo impidio?

*Per quem stetit?*

*Quis impeditit?*

*Quis obstitit?*

*Quis fuit impedimento?*

*Obsto, obstiti, obstiti.*

*Obfisto, obfistis, obfistiti: Vtrunque eiusdem significatio-  
nis. Empecer, impedir, estoruar.*

No quedo o tuuo por ti, que yo no fueſſe aco-  
tado.

*Per te non stetit, quò minus uapulárim.*

*In eandem sententiam, uide paulò antè formulas.*

A. Cuyo es esto? B. Mio.

A. Cuius est hoc? B. Meum.) Sic tuum, nostrum, & uestrum.  
Petri, Ioannis, &c.

A. Cuya es esta pluma, o pendola? B. Es mia.

A. Cuius est hæc penna?

*Cuius est hæc penna?*

B. Mea.) Sic tua, nostra, & uestra. Petri, uel Ioannis,  
uel

uel præceptoris.

A. Cuyo es este libro? B. Deste.

A. Cuius est hic liber? B. Huius.) *Quem scilicet iuxta me demonstro.*

*Istius est.) Hoc est, Eius quem tibi proximum demonstro.*

*Est illius.) Id est, Eius quem illic remotum ostendo. Nam per pronomina reciproca (Hoc est, SVI & SVVS) non potest recte fieri demonstratio.*

Quando sera acabado? Quando sera el fin?

Quando finis erit?

Quando perfecta res erit?

Quando confectum erit negotium?

Quando sera la obra acabada?

Quando finis erit operi?

Quando auras tu acabado?

A. Quando finieris?

B. Intra biduum.

Intra duos dies.

Duobus diebus.) *id est, intra duos dies. Dentro de dos dias. Caue dicas, Infra duos dies, Infra tres menses, & similia.*

De aqui a dos dias.

Secundo abhinc die.

Yo te lo boluere de aqui a tres dias.

Tertio abhinc die reddam tibi.) *sub. Illud.*

A. Quanto tiempo pusiste en hazer esto? B. dos horas.

A. Quanto tempore hoc fecisti? B. Duabus horis.

Quanto tempore istud confecisti?

A. En quanto tiempo auras acabado esto? B. En vn mes.



A. *Quanto tempore istud confecceris?* B. *Mense. Sesequimense, En mes y medio.*

*En dos semanas.*

*Duabus hebdomadis, uel hebdomadibus.*

*Hæc hebdomas, uel hæc hebdomada: id est, Septimâna. Quo nomine utitur Macrobius.*

A. *Quando tornaras tu aqui?* B. *De aqui a un mes, o cerca.*

A. *Quando huc redibis?* B. *Ad mensẽ.*

*Intra mensẽ, aut circiter.*

*Post triduum.* Despues de tres dias.

*Ante quatrduum.* Antes de quatro dias.

*A la fin desta semana.*

*Ad finem huius hebdomadis.*

A. *Quo tempore reuertèris ad nos?* B. *Vindemiarium.) sub. Tempore.*

*A la fin deste mes.*

*Circiter huius mensis finem.*

A. *Quoto ab hinc die huc redibis?* B. *Quintodecimo.*

*Quanto nos tornaras a ver?*

*Quando nos reuises?*

A. *Quantos dias ay de aqui a la Nauidad.* B. *Diez como creo.*

A. *Quot dies hinc abest Natalis CHRISTI.* B. *Decem, ni fallor.*

*Circiter decem.*

*Plus minus decem.) Hoc est, Paulo plus, aut paulo minus quam decem.* Cerca de diez dias.

*Quoto ab hinc die futura sunt Remigialia?* Dentro de quantos dias sera San Remigio?

A. *Quanto*

A. Quanto moraras en el collegio? B. Dos años.

A. *Quandiu commoraberis in gymnasio?* B. *Duos annos. Duobus annis.*

*Varietas. Quandiu commoraberis?*

*Quot annos ages? Quantum temporis transiges?*

A. Quanto cuesta este cuchillo? B. Tres blancos.

A. Cierito yo no querria dar dos.

A. *Quanti constat iste cultellus?* B. *Tribus quincuncibus.*

A. *Nollem sanè duobus redimere.* ) *id est, Emere.*

Por quanto se puede comprar por lo menos?

*Quanti emi potest minimo?* Ex *Plauto.* ) *Sic etiã dici potest.*

Por quanto se puede comprar, a los mas?

*Quanti emi potest plurimo?* *Item sine interrogatione.*

*Tanti emi potest minimo, uel plurimo.*

No podia menos costar.

Non poterat minoris emi.

Quanto me costara o lo comprar en vna palabra?

*Quanti emem uno uerbo?*

*Quanti prandistis?* Quanto os costo el comer?

Quanto aueys gastado a la comida? *Quod uulgus dicit, Quantum soluistis pro prandio uestro? Vel, Quantum dedistis pro uestro prandio?*

*Hic quincunx, huius quincuncis.* Vn pequeño blanco, o medio carolo, que es casi cinco marauedis.

*Hic quinarius, idem quod quincunx.*

*Caroleus.* ) *sub. Nummus.* Vn carolo.

A. Quanto costo este libro? B. Quatro sueldos y medio, o tarjas. A. Es harto buen precio.

A. *Quanti constitit iste liber?* B. *Quatuor assibus & semisse.* A. *Profectò uile precium est.*

*Varietas. Quanti constitit iste liber? Volumen istud quanti emptum est? Quanti emisti istum codicem? Quanti mercatus es?*

*Aequum satis est pretium.*

*Pretium est satis uile.*

*Hic semis, huius semissis, Media tarja.*

*Hic senarius, idem quod semis.*

*Quanti constitit liber? id est. Quanti emptus es?*

*A: id est, Solidus. alibi dictum est.*

*Bien compraste.*

*Bene emisti,*

*Bona est emptio tua.*

*Malè emisti. uel,*

*Mala est emptio tua. No compraste bien.*

*Stultè emisti. Heziste vna loca compra.*

*Yo hallo buena tu compra.*

*Emptio tua mihi placet.*

*Plinius, Malè emptum semper pœnitet.) Hoc est, Id quod malè emptum est. Siempre se arrepięte de la mala compra.*

*A. Ha se comprado esto para mi? B. Si con estas condiciones que dixiste.*

*A. Es sine hoc emptum mihi? B. Istis legibus habeas, licet.)*

*Istis: id est, Quas tu ipse dixisti.*

*Legibus: id est, Pactis, seu conditionibus.*

*A. Quanto as mēester para comprar el libro?*

*B. Solamente cinco sueldos.*

*A. Quantum opus est tibi pecunie ad emendum librum? B. Soli quinque asses.*

*Quid opus est tibi pecunia? id est, Quae pecunia. Que dinero as mēester?*

Por



Por que no?

Cur non?

A. Conoces aquel? B. Por que no?

A. *Nosline illum*, B. *Quid nūc sub. illum nouerim.*

*Quidni, est confirmandi aduerbium.*

Por que hiziste esto?

Cur id fecisti?

Quam ob rem istud fecisti?

Por que me heriste?

Quid me cecidisti?

Cur me percussisti?

Quam ob rem me pulsasti? Cur, hic non recte dicitur, QVARE?  
RE? Quia in hoc genere loquendi uix apud idoneos legitur.

Inuenies aliquoties corruptum una dictione QVARE, pro  
quare. Vt in Eunucho Terentiana, in scena cuius princi-  
pium est, OCCIDI.

A. El maestro esta enojado contigo. B. Por que?

A. *Præceptor iratus est tibi*. B. Cur? Cur ita?

Quid ita? Quam ob rem? Quapropter?

He yo toceado algo de lo tuyo?

Ecquid tui tetigi? ) Tui: id est, de tuo. Tuum, tui, neutri ge-  
neris. Terentius.

Si eres sabio, y prudente no me toques?

*Si sapias, ne me tangas.*

Ne me attingas, si tibi satis consulis.

Terentius, Ne me attingas, scelestè. Vellaco no me toques.

Guarda te de me tocar.

*Abstine manus.* ) subaudi. A me.

Iuuenalis. *Dextram cohæbere memento.*

Ni a vn le toque con el dedo.

Ne attingi quidem illum. Ne digito quidem illum tetigi.

A gran

A gran pena le he tocado con las puntas de los dedos.

*Vix illum primoribus attigi digitis.*

*Varietas. Primoribus digitis, Summis digitis, Primis digitis, Extremis digitis. ) Id est, Extrema digitorum parte.*

Por que te metes en este negocio?

*Cur te admisces huic negotio? Ex Terentio.*

Por que no me dizes, que es lo que quieres hazer?

*Quin dicis, quid sis facturus?) Quin: id est, Cur non?*

*Cur de tua uoluntate non admones?*

*Cur me celas consilium tuum?*

No me encubras esto.

*Ne retice istud mihi. Ex Terentio.*

Por que no entrabas derecho?

*Cur non recta introibas?*

*Varietas. Introibas, Intrabas, Ingrediebaris.*

*Recta aduerbium. derecho.*

Yo soy venido de la iglesia todo derecho aqui.

*A templo recta huc ueni.*

Por que no le heziste entrar?

*Cur eum non intromisisti?*

*Quam ob rem non illum intro admisisti.*

Que tienes que hazer aqui? o que tienes tu que hazer en esta ciudad?

*Quid hic rei tibi est?*

*Quodnam tibi est in hac urbe negotium?*

Quem hic queris? A quien demandas aqui?

Que esperas tu aqui?

*Quem hic prestolare?) Pro prestolaris: id est, Expectas.*

A donde vas?

Quomam

Quoniam is?

Quò te hinc agis?

Quò nunc is?

Quò abis?

Quò nunc abis?

A. A donde vas? B. A mi compañero. A. A que hazer?

A. Quoniam is? B. Ad condiscipulum. A. Quid eò? quid illò? quid illuc? sub. Is factum. Que vas tu hazer alla?

Eò, illò & illuc, aduerbia sunt, ad locum significantia. Videtur etiam dióntaxat Grammaticè dici posse, QUID FACTUM: ut sit sensus. Quid is factum eò, uel illuc? Ceterum hæc est Plauti ac Terentij elegantia, ut dicant

QUID EÒ,

Como se llama?

Quis uocatur?

Qui uocatur?

Quo nomine dicitur?

Quod est illi nomen?

Como estas despues que no te emos visto?

Vt uales, ex quo te non uidimus?

Como va el processo de tu padre?

Vt se habet patris tui causa?

In quo statu est patris tui controuersia?

Como dixiste? Que dixiste?

Quid dixisti?

Yo no se lo que dizes.

Nescio quid dicas.

Que dizes? No he entendido lo que dixiste.

Quid ais? Non equidem intellexi. sub. Tuam sententiam.

Yo



Yono he oydo lo que dixiste.

Non audimi te.

Quomodo est istic?

Sic interrogant pueri, si quod uerbum eos in legendo remoratur.

Como tiene esta palabra, y diction?

Quid hic dictionis est?

Quæ est hæc diction?

Como esta escripto?

Quid hic scriptum est?

Ha se de dezir y leer aqui Amantium, o Amantium?

Ita querunt pueri, quoties in lectione dubitant, de duobus utrum legi debeat.

Vtrum hic legendum est: AMANTIUM, an AMANTIUM?

No se dize bien aqui Amentium? Sic interrogat puer, ubi eam lectionem defendere conatur, quam habet in suo codice.

An non hic rectè legitur Amentium?

Domine est in libro aduersarij mei, AMENTIUM IRAE AMORIS REDINTEGRATIO EST, Nam quid oportet AMANTIUM? No es esto lo que se ha de leer, Amantium?

Sic percontantur pueri cum corruptum locum restituere nituntur.

Nonne hic uera est lectio, Amantium?

Nonne hic legi debet, Amantium?

No dixeyo bien.

Nonne ego rectè dixi? Hoc est, Rectè dixi,

An non bene dixi?

NONNE

NONNE, interrogatio est affirmandi, NVN QUID, negandi.

Nunquid ego tétigi te? Porventura he te yo tocado? Hoc est, Ego te non tétigi.

No te vi yo en el huerto con el?

Nonne ego te uidi en horto cum illo? Quasi dicam, Profeció udi te.

No eres tu vno de sus discipulos?

Nonne tu ex discipulis eius es?

Soy yo ladron?

Nunquid ego sum fur?

Varietas. Nonne, Non, An non.

Vendras tu, o no?

Venies tu, an non?

Modus est increpandi.

Varietas. Nunquid, Num, An.

Buscome por ventura el maestro?

Méne quesuuit preceptor?

An me quesuuit didascalus?

Adonde esta tu arca, o tu cofre.

Vbi est tuam scrinium?

Vbi est arca tua?

A. Adonde esta tu padre? B. Esta en los campos.

A. Vbi est pater tuus? B. Est ruri, uel,

Agit ruri.

Est in agro suo. uel,

Est apud illam suam. Esta en su casa de heredad.

Estasse siempre en los campos.

Continet se ruri.

No sale de su casa.

Continet

*Cóntinet se domi.*

A que fin, o proposito dizes esso?

*Quorsum istud dicis?*

*Quorsum istud?* ) *sub. Dicis.*

*Quorsum istud pertinet?*

A que proposito hablas desto tanto?

*Quorsum de hac re tam multa?* ) *sub. Dicis.*

Donde te vino esto? Donde te vino esto al pensamiento y fantasia?

*Vnde tibi istud in mentem uenit?*

*Qui istuc tibi in mentem uenit?* Cicero.

Adonde fue?

A. *Quonam uuit?*

*Quò profectus est?* B. *Secessit in cubiculam.* Fueffe y retruxosse a su camara.

*Abdidit se domon.* Encerosse en su casa.

*Abdidit se in bibliothecam.* Encerosse en su studio.

Donde quieres venir conmigo?

*Quò mecum unà uis uenire?*

*Quò uis ire mecum?*

A donde quieres que nos vamos a passear?

*Quò uis ambulâtionem eamus?*

A donde esta el maestro?

*Vbi est preceptor?*

Esta en su estudio, o estudielo.

*Est in bibliothéca.*

*Est in librâria cella.*

*Est in cella studiaria.* Budeus. ) *Esse autem in studio, significat uacare studijs: ut,*

*Totus est in studio literario.* No haze otra cosa, que estudiar.

Donde



Donde quedo, o se paro?

*Vbi restitit?*

*Restitit in uia.* Quedo en el camino.

*A tergo relictus est.* Quedo se atras.

Donde le dexamos?

*Vbi relictus est nobis? id est, A nobis.*

Quedo se detras.

*A tergo remansit.*

*Substitit.*

*Subsisto, subsistis, substiti.*

*Virgilius, Heu misero coniunx fatone erepta Creusa.*

*Substitit: errauitne uia, seu lassaresedit, Incertum.*

*A nobis relictus est.* Dexamos le detras.

*Est tibi à tergo.* Esta detras de ti.

Retruxosse, torno a tras.

*Reculit pedem.*

*Regressus est.*

*Regredi, Tornar atras. Vnde trivialis uersiculus,*

*Est melius regredi, quàm malè coepta sequi. Id est, Præstat desistere: quàm proficere. Metaphora.*

*Retro, Detras, o atras.*

*Terentius, Est mihi ultimus conclauis in ædibus quoddam retró.* Yo tengo vna camara detras al fin, y cabo de la casa.

Tanto quanto pienso, ir adelante tanto mas me quedo atras.

*Quò plus progredior, eò plus regredior.*

*Progredi & Regredi contraria sunt.*

Era partido para ir a Paris, mas temiendo por ser muy lexos, se torno.

*Profectus erat, ut Lusitaniam peteret: ceterum deterritus lon-*

ginguitate loci, pedem retulit.) *Ceterum: id est, Sed.*

*Longinquitate: id est, Propter longinquitatem.*

Hasla donde leyste en Virgilio.

*Quatenus legisti Virgilium?*

Dexare yo de jugar por ti?

*An tu me ludo prohibebis?*

*Num tu me interdices ludo?*

Mando por ventura hazer esto?

*Iussitne hoc fieri?*

*An iussit hoc faciendum?*

*Hóccine imperavit?*

*Hóccine præcepit?*

Es plazentéro, y bueno estar alli? Haze bueno  
alli biuir?

*Est ne incundum illic esse?*

*An incunda est illic habitatio?*

A. Tienes algo de dinero? B. Yo tengo bien, mas  
no por ti.

A. *Ecquid habes pecunie?*

B. *Habeo quidem: sed non tibi.* Yo cierto tengo, mas  
no por ti.

Negue te yo por ventura algo en algun tiempo?

*An ego unquam tibi quicquam denegavi?*

*Egône unquam tibi negavi quidpiam?*

*Ecquid tibi unquam negavi?*

*Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudis? Nuncubi,  
id est, An alicubi? An aliqua in yer? Terentius.*

Por ventura es venido? Vino?

*An rediisti?*

*Rediit ne?*

*Estne reversus?*

Qual

Qual quieres tu mas, o estudiar, o jugar?

Vtrum studere, an ludere magis?

Eres tu el que dizes esto?

Tu es qui istud dicis?

Dizes verdad?

An verum dicis?

Ain tu?) Hoc est, Siccine esse affirmas? Es verdad lo que dizes ansi?

Esta dentro?

Estne intus?

Esta por ventura en casa?

An domi est?

No sabes algunas nuevas de la tierra?

Ecquid habes à patria noui?

Nunquid nouarum rerum à nostratibus accepisti?

An scis à nostris quidquam noui?) A nostris : id est, A nostratibus. Nam Nostris & Vestri, pro Nostrates & Vestrates probati authores sepe dicunt.

As oydo algunas nuevas de donde somos?

Ecquid à nobis accepisti noui?

A. Que hazes? En que entiendes? Que officio tratas? B. Demercaderia. A. Que eres, o de que estado? B. Mercader.

A. Quid profiteris? B. Mercaturam.

A. Quid profiteris? B. Sum mercator.

A. De que officio es? B. Sapatero.

A. Quam artem profitetur?

B. Sutoriam. uel,

Est sutor.

Medicinam profitetur. uel,

Est medicus. Es medico.



A. A que estado de vida es ordenado? B. Para clerigo.

A. Cui generi uitæ destinatus est? B. Sacerdotio. Sacerdotum ordini.

A. Que scientia principalmente trata? B. Theologia.

A. Quam disciplinam potissimum profitetur? B. Theologiam.

Principalméte se da al derecho. Su estudio principal es de leyes.

*Iuris ciuilibus disciplinam principali studio exercet. Sic locutus est Gellius.*

De que biue?

Vnde uiuit?

Vnde cibum petit?

Vnde uictum querit?

Quieres me algo dezir? Quieres me algo mandar?

Nunquid uis? Terentius.

Plura uide sub capite HABERE.

No quieres otra cosa? ir me he?

Nunquid aliud uis?

Nunquid uis quin abeam? Terentius.

A. Es todo? No me quieres otra cosa? B. No ay otra cosa mas desto.

A. Nunquid est aliud?

Nihilne amplius?

Nunquid amplius? sub. Est.

Nunquid est aliud reliquum, quod mihi non dixeris? B. Tantum est. Ex Terentio & Plauto.

Quieres algo para la tierra?

Nunquid

*Nunquid uis ad nostrates? sub. Scribere, uel mittere?*

*Nunquid uis in patriam?*

*Nunquid uis Lugdunum? Quieres algo para Leon?*

*Quieres algo para el colegio?*

*Nunquid uis in nostram gymnasium?*

A. Sobre que dio el maestro esto a escreuir?

B. Sobre todo esto, sobre todo este lugar.

A. *Cui sententiæ ascribenda sunt hæc dictata?*

*Ad quod uerbum refertur hæc annotatio? B. In hunc totum locum.*

Yo tengo de cobrar todo lo que el maestro nos dio a escreuir, o dicto.

*Recuperanda sunt mihi dictata præceptoris.*

*Recuperanda est mihi prælectio.*

Quanto espacio dexare, para escreuir lo que el maestro dicto?

*Quantum relinquam spatij ad exscribenda præceptoris dictata?*

Di me, y dicta me lo que dio el maestro a escreuir.

*Dicta mihi à præceptore dictata.*

*Communica mecum dictata à magistro.*

A. Como estas? B. Gracias a Dios bien.

A. *Vt uales? B. Rectè quidem: quæ est Dei benignitas.*

*Varietas. Ut uales? Quo pacto uales?*

A. Como te va? B. A tu mandado.

A. *Vt uales? B. Ut uis, Ut libet.*

A. Como esta la sanidad, del cuerpo? B. Como quieras. Si tuuiesse dinero todo iria bien.

A. *Vt uales à corpore? B. Vtunque. Si mihi esset pecunia, satis equidem ualèrem.*

*Varietas.* Si esset mihi pecunia, Si haberem pecuniam, Si bene nummatus essem, Si nummi suppeterent.

Quanto al cuerpo yo me hallo harto bien, mas del animo no se como.

*Corpore quidem satis recte ualeo: animo nescio quomodo.*

Yo estoy bueno, mas mi bolsa se halla mal.

*Valeat corpus: at pessime habet crumena.*

Yo no se como estoy. No se si esto fano, o no.

*Valeam necne, incertum est mihi.) Hoc est, Nescio utrum sanus sim, an non.*

*Utique; ualeo.) Quod inepte dicitur, Valeo taliter qualiter.*

A. Que tal esta tu salud? B. Yo me hallo bien a Dios gracias.

A. Qualis est tua ualẽtudo? B. Satis prospera: quae est Dei benignitas.

A. Estas bueno? Estas sano? B. Bueno estoy, por la gracia de Dios.

A. Valesne? B. Valeo equidem: atque Dei beneficio bene me habeo.

*Varietas.* Valesne? Rectene uales? Satis recte uales?) Satis: pro Satisne.

A. Qua ualẽtudine es? B. Optima sane. A. Bene est? gaudeo profecto.) Quae ualẽtudine es: sub. Præditus.

A. An bene uales? B. Optime: siquidem tu quoque uales.

A. Nihil est quod dubites: cerne multum. B. Quid pater? ut ualet à febre? An nondum conualuit? A. Paulatim conualescit. Poco a poco guaresco, o sana.

No esta a vn sano de su calentura, de su tos, de la cabeza, de las piernas.

*Nondum ualet à febre, à tussi, à capite, à pedibus. &c.*

A. De adonde vienes? B. Yo vengo de nuestra casa.



cafa.

A. Vnde uenis? B. Domo.) *Obferua puer unicam hanc uoculam, pro tua ineptiffima loquacitate.*

*Varietas. Domo. A nobis.) id est, A domo noftra. Sic,*

*A uobis uenio. Id est, A domo ueftra. Vengo de ueftra cafa.*

Yo vengo del juez, yo vengo de mi hermano.

*A iudice uenio. A fratre uenio.) id est, A domo iudicis, A domo fratris mei. Et fimilia.) Caue dicas, Venio de apud iudicem. &c.*

Vengo del campo.

Venio rure. uel,

Redeo rure.

A. CUR DOMO & RYRE ponuntur sine prepositione? B. Quia fequuntur regulam de oppidorum & uicorum proprijs.

A. De adonde vienes? B. De Gentily.

A. Vnde uenis? B. Gentiliaco.

A. Cur prepositionem non addidifti? B. Quia Gentiliacum, est nomen uici proprium.

A. De adonde tornaua ayer tu padre? B. De Chartres.

A. Vnde pater tuus redibat heri? B. Carnuto.

A. Cur non dicis de Carnuto? N. Quia Carnutum est proprium uerbis, fiue oppidi.

Hoc Carnutum. Chartres.

Hi Carnutes, Carnutum. Los hombres de Chartres.

A. CUR REDIEBAM non dicimus, ficut AUDIEBAM?

B. Quia declinamus EO, IS, IEAM, non IEHAM.

Sic redeundi, redeundo, redeundum: non rediendi, rediendo, rediendum.

*Rediens, non redeens.*

*Redeuntis, non redientis, uel redeentis, Dicimus enim, Eundem, eundo, eundem: & iens, euntis. Ita dicendum est de cæteris ex uerbo Eo compositis. Ita de Queo, & Nequeo.*

A. De adonde vienes? B. De nuestra casa, de heredad en el campo.

A. Vnde uenis? B. A uilla nostra.

A. Cur præpositionem hic addis? B. Quia uilla, nomen est appellatiuum.

*Varietas.* A uilla, De uilla.

Yo vengo de vna tierra de mi padre.

*Ab agro paterno redeo.*

*Villa, Es la casa en el campo.*

*Ager, Es la tierra que pertenesce a alguno. ut, Ager meus. Mi tierra. Ager tuus. Tu tierra, o campo.*

*Ager patris. La tierra, y campo de mi padre.*

*Ager Parisinus. La tierra, y campo de Paris.*

*Villa potest sine agro esse: Ager item sine uilla.*

*Terentius, Agrum in his regionibus meliorem, neque pretij maioris nemo habet.*

Ha comprado vna tierra a qui cerca de nosotros.

*Agrum in proximo hic mercatus est.) Hic in proximo: id est, Hic prope nos. EX Terentio.*

A. A que tierra es ido tu Hermano? B. Es ido en Alemaña, por vera Erasmo.

A. In quam regionem iuit frater tuus? B. In Germaniam, Erasmmum uisurus.

A. Cur hic addis IN? B. Quia GERMANIA, nomen est regionis proprium. Proprijs autem regionum, insularum, & montium, adduntur præpositiones, sicut appellatiuis.

*Varietas.*

*Varietas. Iuit, Profectus est, Concessit.*

*Regio, Vna region de la tierra. ut, Gallia, Italia, Hispania.*

*Insula, Vna Isla. Vt, Britannia, Inglatierra. Cyprus, La isla que dizen Candia.*

## OPPIDORVM NO-

mina, In quibus casibus aduerbia-  
liter, ut Grammatici loquun-  
tur, poni debeant, his vet-  
siculis facile colli-  
getur.

A. *Dic precor, unde uenis?* B. *Gabijs, Sulmone, Tarento.*

A. *Asi ubi cessasti?* B. *Roma, Carthagine, Baijs.*

A. *Quo queso properas?* B. *Laurentum, Tybur, Athenas.*

A. *Qua facturus iter?* B. *Veijs, Narbone, Lanino.) Qua facturus iter? Sub. Es: hoc est, Qua transiturus es? Por donde as de passar.*

*Qua uenisti? Por donde veniste?*

*Qua ibimus? Por donde iremos?*

*Por donde van ala iglesia de nuestra señora.*

*Qua itur ad diuæ Mariæ? ) Sub. Ad eam.*

*Vnde uenis? Donde vienes?*

*Vbi cessasti? A donde te detuiste.*

*Vbi commoratus es? Donde moraste?*

*Quo properas? A donde vas tan presto, o de prisa.*



A. Por dōde quieres ir? B. Por dōde tu quisieres.

A. Qua uis irē? B. Qua uoles.

Es nos menester passar por aqui.

Hac nobis transeundum est.

*Suprà dictorum explanatio.*

Oppidorum, castrorum, & uicorum propria, aut primæ sunt declinationis, aut secundæ, aut tertiæ: suntque uel tantum singularia, uel tantum pluralia.

Propria primæ & secundæ, numeri singularis, ad VBI in genituo respondentur. Tertiæ uerò, & omnia pluralia tantum, responderi debent in datiuo uel in ablatiuo. Ad VBI: Hoc est, Ad interrogationem factam per aduerbium VBI.

Ad QVO respondetur semper accusatiuus, quoties per nomina respondendū est: ad QVA & Vnde, semper ablatiuus.

Hi Gabij, Hic Sulmo, Hoc Tarentum, Hæc Roma, Hæc Carthāgo, Hæc Baie, Hoc Laurentum, Hoc Tybur, Hæc Athenæ, Hi Veij, Hæc Narbo, Hoc Laninum, sunt urbium siue oppidorum nomina posita pro exemplis.

Gabij, Baie, Athenæ, & Veij, exempla sunt de proprijs tantum pluralibus.

Sulmo, Carthāgo, Tybur, & Narbo, sunt exempla propriorum tertiæ inflexionis: reliqua, primæ & secundæ.

A. Donde esta el Rey? B. Esta en Leon.

A. Vbi est rex? B. Lugduni.

A. Cur per genitiuum respondes? B. Quia per VBI facta est interrogatio: & Lugdunum est proprium urbis secundæ inflexionis, numeri singularis.

Varietas. Vbi est rex? Vbi nunc agit rex?

Pater meus est Aureliæ. Mi padre esta en Orliens.

AVRELIÆ

**AURELIAE**, gentium est: quia hic per **VBI** fieret interrogatio: & Aurelia proprium est oppidi, primæ declinationis, singularis numeri.

Est mihi frater, qui Rome habitat. uel,

Habeo fratrem Rome habitantem. Yo tengo vn hermano, que mora en Roma.

Studeo Parisijs. Yo estudio en Paris. Parisijs est datiuus uel ablatiuus: quia hic quaeretur, Vbi studes? & Parisij est proprium urbis, plurale tantum: hoc est, quod pluraliter tantum declinatur.

Terencio sue nascido en Carthago.

Terentius natus est Carthagini. uel, Carthagine.

Hic datiuo uel ablatiuo uti licet, quia huius orationis interrogatio fieret per **VBI**: & Carthago est proprium oppidi tertie inflexionis. Vsitatius tamen & rectius utimur datiuo, teste Seruio.

El rey boluiendo de Vienna passo por Leon, a donde despues de auer se detenido vn poco, vino a Paris todo derecho. Rex Viēna rediens, Lugdū no iter fecit: ubi aliquandū moratus, restā uenit Lutetiā.

**VRS** olim proprie de Roma dicebatur, nunc urbs & Oppidum idem significant, Vna villa, o ciudad.

Oppidulum, Vna villa pequeña.

Vicus, Vna aldea, o puebla que no esta cercada.

Viculus, Vna aldea pequeña.

Pagus, idem quod vicus.

Castrum, Vn castillo, o lugar pequeño, cercado a manera de pequeña ciudad.

Castellum, diminutiuum à castrum.

Castra, castrorum, pluraliter tantum. El real de la hueste.

Ruri & Rure, Domi & Domo, saepe à nobis repetita sunt.

AD

# AD IVS PERTINENTES FORMVLAE.

## CAPVT XXXVI.

Ha hecho su curso en derecho.

*Curriculum iuris emensus est. Budæus.*

*Emetior, emetiris, emensus sum, emetiri.*

Yo hize vn grande camino en vn dia.

*Vno die longum iter emensus sum.*

Es recibido para pleytear causas.

*Causis agendis initiatus est. Budæus.*

*In forum tyro deductus est.*

*Hic tyro, tyrônis. Translatio à re militari, ut àlibi supra diximus.*

*Tyrones fori, siue tyrones forenses, Los abogados mancebos, que son los que comiençan a ir al confistorio para oyr, y apprender la practica. Budæus.*

Procede contra mi por justicia.

*Lege ágito.*

*Voca me in ius. uel,*

*Adducito me in iudicium. Lleuame al juez.*

Elle a signo dia, para que parezca en persona.

*Diem dixit illi.*

La cosa se puso en pleyto.

*Res ad iudicium adducta est.*

Puso le en pleyto.

*Adduxit eum in iudicium. Ex Cicerone.*

*Agere lege, significat etiam quod Hispanicè dicitur, Esecutar por iusticia vn malhechor. Budæus.*

Yo



Yo te hare citar.

Ego te in ius uocabo.

Trabam te in forum,

Vocabo te in iudicium.

A. Quieres que yo jure? B. Yo te creo bien sin jurar.

A. Vis ut iurem? B. Facile credam tibi uel iniurato. ) id est, Etiam si non iuraueris.

Varietas. Vis ut iurem? Vis ne me iurare? Vis ut iureiurando tibi hoc affirmem?

Hoc iusiurandum, genitiuo iusiurandi.

Los testigos jurados, a los quales han hecho jurar antes de examinar los.

Iurati testes.

Sic iurati iudices apud Romanos dicebantur.

Yo soy estudiante jurado.

Sunt iuratus scholasticus.

Varietas. Credo tibi, Habeo tibi fidem.

Yo tengo testigos presentes.

Sunt mihi testes.

Ad manum testes habeo. ) Id est, In promptu.

Sunt mihi in promptu testimonia.

Tu dexiste esto delante testigos.

Coram testibus hoc dixisti.

A quien quieres creer?

Ad quem de hoc uis referri?

Quem tibi uis de hac re iudicem dari?

De hac lite quem capis arbitrum?

Quem eligis de hoc negotio disceptatorem?

Iudex, Arbitrator, Disceptator, Appellare & Prouocare, proprie ad iudicia rerum controuersarum pertinent: caterum ad le

*ad leuiiores controuersias interdum transferuntur: ut in hoc loco.*

*Capere arbitrium: Id est, Eligere.*

Toma al que querras por juez.

*Capere quemlibet arbitrium.*

Yo no deshecho a ninguno por juez.

*Cedo quenuis arbitrium: neminem reijcio. Terentius.*

*Cedo, uerbum defectiuū: Id est, Da, Alias pro Dico accipitur.*

Hunc reijcio iudicem. Yo no quiero este por mi juez.

*Recusare iudicem non dicimus, Teste Budæo.*

Es iusto juez, no es sospechoso ni fauorable, mas a vno que a otro.

*Est equus iudex.*

Es injusto y a la vna parte fauorable.

*Est iudex iniquus.*

Desto contienda yo pongo por juez al maestro.

*Huius controuersie præceptorem facio iudicem.*

*De hac questione ad præceptorem referatur.*

*De hac contentione referatur ad iudicium præceptoris.*

Yo tomo a este por mi juez.

*Eligo hunc mihi iudicem.*

Desto yo te pongo por juez a ti mesmo.

*De hoc te ipsum facio iudicem.*

*Ad te refero.*

*Ad tuam refero iudicium.*

Yo creo al maestro.

*Ad præceptorem refero.*

Yo no iuzgo ni determino desto.

*Eam rem in medio relinquo. Hoc est, De illare non diffugio.*

*Ex Salustio.*

Yo te hago summo juez desta causa, yo no quier  
ro otro juez que a vos.

Ego te huius causa summum iudicem facio.

Pues que vos lo dixistes, no quiero otro  
juez.

Nolo à te prouocare.

A sententia tua non appellabo.

Prouocare & Appellare, Hispanice; Appellar de la sen-  
tencia de vn juez. Sed appello Senatum, Prouoco ad  
Senatum, dicunt Galli. Tamen si Senatus pro curia con-  
rari centenaria non proprie, sed similitudine quadam di-  
citur. Parlamentum uulgo dicitur, quo nomine & Budæus  
utitur. Quippe in rebus nouis fingenda sunt uerba noua:  
quod teste Fabio: semper licuit, presertim doctissimis. Sed  
redcamus ad rem.

Es appellador.

Est prouocator.

Appello de la sentencia.

Prouocauit. ) sub. Ab ea sententia.

Los que appellan, se ponen en peligro de pagar  
la pena puesta.

Prouocatores periculum multa faciunt. Ex Budæo.

Yo me presento, Veys me aqui.

Ecce me. Plantus.

Ecce, me sisto.

Ecce me, adsum.

Ha juzgado por mi. Ha dado sentencia por  
mi.

Secundum me iudicauit.

Secundum me pronuntiauit.

Secundum me iudicium dedit.

Por



Por mi esta iuzgado. Han dado sentencia por mi  
prouecho.

*Secundum me iudicatum est.*

Yo iuzgo por ti.

*Secundum te litem do.*

Su causa es manifiesta.

*Manifestum est eius negotium.*

El bispo le absoluió del juramento que hizo.

*Fecit ei iurisiurandi gratiam Episcopus.*

*Absoluit eum iurisiurandi.*

A. Pues que tu tienes vn beneficio, porqueno di  
zes tus horas? B. Yo tengo dispensacion.

A. *Cum tu sacerdotium habeas, cur quotidie non dicis hora-  
rios psalmos?* B. *Solutus sum legibus. Solutus sum canoni-  
bus.* Dicere psalmos, inuitatione diximus.

*Virgil. Pars pedibus plaudunt, chœreas & carmina dicunt.  
Sic dicere hymnos.*

Vencio, y gano su proceso.

*Vicit.*

Ille *vicit causa.*

Obtinuit

*Obtinuit causam.*

*Cicero, Causam frequenti senatu obtinebamur.*

Victor. El que gano el pleyto.

Victus. El que lo perdio, y condenado.

Tuuo lo que pedia en pleyto.

*Ius suam obtinuit.*

*Aequum bonum impetravit.) Sic Budæus interpretatur.*

Perdio su causa, y proceso.

*Victus est causa.*

*Cecidit causa.*

Hizo

Hizo banco roto.

*Cessit bonis.*) Ablatiuus est.

Yo me defendere contra el con letras, escripturas, y registros de su mano, en los quales se obliga.

*Obsignatis ab eo tabulis ei litem retorqueo.*

*Tabulae.* Letras, instrumentos, y otras obligaciones.

*Hoc tabellarium:* Id est, *Armarium, aut locus ad tabulas reponendas.*

Esta es mi parte. Veys aqui mi parte, y lo que pertenesce a mi.

*Hoc mihi cõpetit.*

*Cõpetit mihi hæc portio.*

Esta parte a mi pertenesce.

*Pars hæc cõpetit mihi.*

*Cõpetit, hîc est uerbum maxime proprium.*

Pedro biniendo su padre, nunca vsara, ni gozara de los bienes de su padre.

*Petrus uiuo patre, nunquam fruetur bonis eius.*

*Supérñte patre, nunquam eius bona Petrus possidebit.*

Ha le venido vna buena heredad, por la muerte de su hermano.

*Morte fratris uenit illi õptima hereditas.* Ex Cicrone.

*Varietas.* Vênit, Obuênit, Obtigit, Accessit.

*Auctus est morte fratris, amplissima hereditate.*

*Auctus est Antonij beneficio.*) Id est, *Antonius in eum contulit beneficium.* Cicero.

*Auctus est danno.*) *sub.* In ea re: Id est, *Acceptit damnum.*

Recibio daño en aquello. Terentius.

Z

Mi tio hermano de mi madre me ha hecho heredero.

*Auunculus me heredem fecit. Cicero.*

*Patruus meus.* Mi tio, hermano de mi padre.

*Auunculus meus.* Mi tio, hermano de mi madre.

Aun que no tenia hijos, pero no hizo heredero al hijo de su hermano.

*Esi carebat liberis, tamen fratris filium praterijt.*

*Prater eo, in hac notione, uerbum iuris est.*

Desheredo su hijo.

*Exheredauit filium. Cicero.*

Es verdadero heredero.

*Esi uerus heres. Cicero.*

Es necesario heredero.

*Esi heres necessarius. Papinianus iuriconsultus.*

No fue lleuado por heredero de su padre.

*Hereditatem paternam non adijt.*

*Non creuit patris hereditatem.) Id est, Non adijt. A cerno, cernis.*

Mucho se ha enriquecido por la heredad de su hermano.

*Multum creuit hereditate fratris.) id est, Multum auclius est. Factus est multo locupletior. A cresco est hoc in loco. Vtrianque ex Cicerone, Festo Pompeio interprete, & Budeo.*

Las tierras de mi padre no deuen nada, son francas de alcavala.

*Immunes sunt agri patris mei.) Id est, Nullum uectigal pendunt. Ex Cicerone.*

Hoe uectigal, uectigalis. Renta, o Tributo, o censo,

*Uectigalis,*



*Uestigalis, adiectiuum.* Cosa que deue paga, o renta o algun tributo.

*Ager uestigalis.* Vna tierra y campo que deue censo o renta.

Mi padre tiene muchos renteros.

*Patri meo sunt multi homines uestigales.*

Sus biens son en la man del rey.

*Bona eius publice possidentur. Cicero, Budeo interprete.*

Aquello fue por bien de todos.

*Illud fuit omnibus bono. Cicero.*

*Ea res omnibus profuit.*

No esta aun fuera del poder de otro.

*Nondum suus est.*

*Sic usurpantur, meus, tuus, noster, & uester.*

*Persius, Vindicta postquam meus a pretore recessi.*

*Ouidius. Alterius non sit, qui suus esse potest.)*

*Alterius non sit: Id est, Non sit alienus, uel iuris alieni, uel in aliena potestate.* Quien puede biuir en libertad, no se de.ae poner en iubjecion de otro.

Esta aun en el poder de los tutores. No esta fuera de tutela.

*Est adhuc in tutorum potestate.*

Z 2

## L A V D A N D I.

## C A P V T X X X V I I.

Siempre le loan. Dizen siempre bien del.

*Semper laudatur.*

*Effertur ubique.*

*A fidiuis laudibus in caelum tollitur.*

Haze se mirar, y marauillar a todos.) *In bonam partem.*

*Omnibus est admirandus.*

*Omnes in admirationem rapit.*

*Suspiciendum se praebet omnibus.*

*Admirabilem se facit omni populo.*

*Studeus incredibili eruditione sua omnium oculos in se conuertit.* Todo el mundo le mira, y se espanta por su grande y profunda doctrina.

Haze que hablen del.) *In malam partem.*

*Insignis est suis flagitijs.*

*Nequitia sese ipse insignem facit.*

*Malè audit apud omnes.*

*Ob scelera sua in ore est omni populo.*

Todo el mundo habla del.

*Omnes eum celebrant.*

*Percélebre est nomen, & fama eius.*

Todo el mundo le loa.

*Ab omnibus celebratur.*

*Bene audit ab omnibus.*

*Vbique celeberrimus habetur.*

Por todos, o de todos es bien estimado.

*Magno ubique pretio aestimatur.*

Por

Por su sciencia, y saber es adó quiéra bien venido, y estimado.

*Ob eruditionem magna ubique est in gratia.*

Todo el mundo te loara deſſo.

*Hoc tibi laudi uertent omnes.) Id est, In laudem.*

*Hoc tibi gloriæ nemo non tribuet.*

*Varietas. Tribuet, Dabit, Ducet.*

*Ea de re te laudabunt omnes.) Id est, Ob eam rem.*

*Laudaberis ob eam rem ab omni populo.*

Es vn hombre ſin igual.

*Ille est uir incomparabilis. Quintilianus.*

*Magister doctiſſimus, atque incomparabilis.) id est, Nemini comparandus.*

Haze tanto como tres, o haze el officio de tres.

*Trium hominum ſungitur officio.*

Hallaſe muy pocos tales.

*Perquam paucos eiuſmodi reperiſ. Terentius.*

*Illiuſmodi hominum nunc magna penuria eſt. Terentius.*

*Iuuenalis in eandem ſententiam,*

*Rara auis in terris, nigroque ſimillima cygno.*

*Idem, Rari quippe boni.*

*Mantuanus, Vir bonus, eſt animal rarum.*

*Cicero in Lelio, Rarum genus: & quidem omnia præclara*

*rara.) De ueris amicis loquitur,*

Es amado do quiéra.

*Amatur ubique.*

*Vbique eſt gratiſſimus. uel,*

Maximé placet omnibus. A todos es agradable, y es

adonde quiéra bien venido.

*Diligitur ab omnibus.*

*Omnibus eſt chariſſimus.*



*illum omnes charum habent.*

Esta bien con el rey, esta en la gracia del rey.

*Hic magna est apud regem gratia.*

Gratosus est apud regem.

*Ioannes plurimum valet apud regem gratia.*

Puedo mucho con el rey, o acerca del rey.

*Magna apud regem gratia atque auctoritate pollet.*

Tiene gran credito con el rey, El rey se fia mucho del.

*Maxima est illi apud regem fides.*

Rex habet illi fidem maximam.

En todas las cosas es muy moderado, y modesto.

*Omnibus in rebus est moderatissimus.*

A todos suffre facilmente. No contradize a ninguno. Acomadase a todas las costumbres de todos.

*Facile omnes patitur.) Omnes: Id est, Omnium mores.*

*Nemini adversatur. Terentius.*

*Ad omnium mores se facile accommodat.*

Es muy docto, sabio, no ignora nada.

*Nihil ignorat.*

*Omnia nouit.*

*Doctissimus est, nempe qui omnia nouerit.*

*Iuuenalis, - omnia nouit.*

*Graculus esuriens.*

Es hombre de bien, es virtuoso.

*Profecto uir bonus est,) In alio sensu dicitur, Es hombre de coraçon. El se defiende mucho bien. Latine sic,*

*Fortis est.*

Homo

Homo est accerrimus.

Est uir sapiens. Es hombre sabio, es vn hombre muy docto, y sabio.

Vir est sapientissimus. Nam sapientia etiam bonitatem complectitur.

Defendera se fuertemente.

Acriter se defendet.

Summa ui se defendet.

Non sinet sese opprimi.

Se suáque strenuissimè tuèbitur.

Es varon de buena conciencia, y justo.

Vir est æquus.

Est æqui boni cultor.

Es de muy buena conciencia, y guarda mucho la justicia.

Homo est æquissimus.

Est æqui bonique obseruantissimus.

Virgilius, Et seruantissimus æqui.) Id est, Aequitatis obseruantissimus.

Biue como hombre de bien.

Aequum bonum colit.

Es buen varon, y justo.

Vir bonus & æquus est.

Es muy religioso, y deuoto.

Est homo religiosissimus.

Vir est summa pietate.

Est uir maximè pius.

Est homo insigni pietate.

Es todo dado a Dios.

Totus est Deo dicatus.

*Divinis rebus omnino addictus est.*

*Religioni prorsus est deditus.*

*Vir est insigni religione.*

*Es varon de buena fe, y religion.*

*Vir est summa tui fide, tum religione.*

*Es testigo de buena conciencia.*

*Est religiosus testis.*

*Iudex religiosus, &c.*

*Es buen hijo, buen moço.*

*Est puer ingenuus.*

*Puer est ingenio liberali.*

*Honestus est adolescentulus.*

*Est bonæ indolis puer.*

*Puer est probus.*

*Est bene moratus adolescens.*

*Es el mas docto, y mejor de su general.*

*Est classis suæ doctissimus.*

*Es tenido por el mas docto de su classe, y regla.*

*Habetur in sua classe literatissimus.*

*Hæc classis, huius classis.*

*Es de nuestra classe, y regla, y de nuestra lición.*

*Est nostræ classis. uel,*

*Est de nostra classe.*

*Nunc Hispanicæ lingue imperiti dicunt, Es de nuestra parte.*

*Sic & alia multa in nostro sermone per imperitiam quoti-  
die corrumpuntur. Ita lingua aliqui elegantissima &  
suavissima in asperam quandam barbariem vertitur: dum  
aut fastiditis, aut potius ignoratis, optimis & significan-  
tissimis verbis, nunc sermè omnia ab istis (ut ita dicam)  
elegantiarum excreatoribus durissime, atque iniuta (quod  
aunt)*



aiunt) Minerva, ex Latino sermone detorquentur. Quod  
Excoriare Latini vulgò dicitur.

Aquella donzella es buena, y hermosa.

Virgo illa, forma bona est.) Hoc est, Et formosa, & bona est.

Es tan bueno, que no puede ser mejor, que no se  
le puede añadir algo mas de mejoría.

Talis est eius vita, ut nihil possit accedere.) id est, Addi. sub.  
Ei, vel ad eam.

Ad probitatem eius nil addi potest.

Tam bonus est, ut melior esse nequeat.

Varietas. Ut nihil possit accedere, Ut nulla fieri possit acces-  
sio.) Id est, Incrementum. Creseimiento, añadimien-  
to.

Habeo quendam propinquum, à quo multe mihi facte sunt ac-  
cessiones. uel,

Est mihi quidam consanguineus, qui me plurimis auxit modis.

Yo tengo vn pariente, que me da pena de muchas  
maneras.

Cicero, Quæcumque accessiones tibi fient & fortune &  
dignitatis.

Accessio fortune. Acrecentamiento de bienes.

Acrecentamiento de honrra.

Accessio dignitatis.

Fue forçado de dar cinco sueldos de uentaja.

Quinque solidorum accessionem dare coactus est.) Sic in Ver-  
ris Cicero dixit, Dare nummorum accessionem.

La maior parte de hombres buscan mas acrese-  
centamiento de bienes, que de virtud.

Plerique non tam uirtutis, quam fortune accessionem que-  
runt.

Tu eres tan bueno, que no puede ser mas.

*Adeo probus es, ut nihil supra.) Hoc est, Vt nihil amplius dici possit.*

*Tan bonus es, ut nihil te melius.) sub. Sit.*

Toda la gente de nuestra tierra es buena, o todos los de nuestra tierra son gente de bien.

*Optimi sunt omnes nostrates.*

*A nostris non nisi optimi proficiuntur.*

Es vn moço leal.

*Est minister fidelissimus.) Id est, Qui fideliter ministrat in officio suo.*

*Est famulus admodum fidelis.*

*Est fidelis mercenarius.*

*Seruus hic est maxime fidelis.) Hoc more Romano dictum est.*

Nam in Gallia, qui nobis ministrant, proprie serui non sunt, sed mercenarij: Hoc est, Mercède conducti. Iornaleros.

Es todo de Erasmo, o sigue a Erasmo.

*Est Erasmi sectator.*

*Sectatur Erasmus.*

Compone como Erasmo. Es imirador de Erasmo. En escreuir tiene el estilo de Erasmo, que es, tal manera de componer.

*Erasmi est imitator.*

*Erasmum scribendo imitatur.*

*Scribendi stylum habet Erasmicum.*

Budeo en passando corrigio muchos passos de buenos autores.

*Budeus plurimos locos ex bonis auctoribus in transitu emendauit.*

*Varietas. In transitu, Obiter, In transcurso.*

*Varietas. Emendauit, Correxuit, Restituit.*

*Eius locum in transitu emendauit. Budeus.*

Parece hombre de bien, en la cara luego parece hombre de bien.

*Ex habitu præ se fert bonum uirum.*

*Præ se fert probitatem.*

*Vultu ipso uir bonus uidetur.*

Es bueno, y facil por sus palabras conoſcer, que hombre sea.

*Quali ſit ingenio præditus, ſatis indicat eius oratio.*

*Ex uerbis illius facile uita patet.* ) Facile: id eſt, Perſpicue. Claramente, y manifeſtamente.

*Eius mores ſermo palam facit.*

*Quale ingenium habeat, indicio eſt eius oratio.*

No ay aqui hombre eſtrangero, todos nos conoſcemos bien vnos a otros.

*Nemo alienus hic eſt. ex Plauto.*

Tiene vna muger buena, y honrrada, ſin mala fama alguna.

*Sine mala fama uxorem habet.*

*Vxor eius aliena eſt ab omni infamia.*

*Eius uxor omni caret infamiae nota.*

*Mulier mea, mulier tua, mulier eius, nõ dicitur: ſed uxor mea, uxor tua, uxor eius.*

A. *Quomodo utimur hoc nomine mulier?*

B. *FRATris tui uxor, eſt mulier tum optima tum honeſtiſſima.* La muger de tu hermano es muger de bien, y honrrada.

No es mas feroz, o fiero, como ſolia.

*Deſijt eſſe ferox.*

*Emollita eſt eius ferocitas.*



*Iam nihil ferocit.*

*Iam mitefcit.*

*Animi ferociam depofuit.*

*Dexa efte cargo.*

*Depone iftud onus. ) id efl, Iflam prouinciam.*

*Eflo, o quello es digno de poner fe en memoria.*

*Illud efl hiftoria digniffimum*

*Digna res efl annalibus.*

*Dignum efl illud, quod in annales referatur.*

*Varietas. Dignum efl quod referatur, Dignum efl referri,*

*Meretur referri.*

*Tus cartas bien merecen fer impreflas.*

*Epiftolæ tuæ dignæ funt, quæ in uolumina referantur.*

*Es bien dicho.*

*Honefta oratio efl.*

*Bene dictum.*

*Honeftè dictum. ) fub. Efl illud. Sed multa eiufmodi non fatis  
elegantè exprimuntur: ut, Efl bene factum: pro eo quod  
uenuftè dicitur, Factum bene. Es bien hecho.*

*Yo me puedo bien loar de aquello.*

*Licet mihi illud prædicare.*

*Meo iure, id poffum palam dicere.*

*Aufim de me apud omnes hoc dicere.*

*Si tu hazes efo, tu feras loado fiempre, o para  
fiempre jamas.*

*Hoc fi feceris, fempiternæ laudi tibi futurum efl. ) Id efl,  
Erit.*

*Si id feceris, immortalè tibi gloriam comparabis. uel, Im-  
mortalem gloriam affequèris.*

*Varietas. Comparabis, Paries, Acquires.*

*Varietas. Affequèris, Confequèris.*

**Eflo**

Esto sera a ti honroso para siempre.

*Hoc erit tibi sempiterno decori.*

*Hoc decus, decoris: id est. Honor uel ornamentum.*

*Hic decor, decoris, id est, Pulchritudo.*

Por los buenos, y claros hechos adquirio, y alcanço gloria, y nombre immortal.

*Rebus præclare gestis, æternam sibi famam péperit.*

Siempre le sera esto en disfamia, y deshonna.

*Hoc erit illi sempiterno dedecori.*

*Hoc dedecus, dedecoris, deshonna.*

*Sempiternus dicitur, quasi semper æternus: Æternus autem, quasi æuiternus. Nam æuum proprie æternitatem significat.*

## LVDENDI.

### CAPVT XXXVIII.

A. Quieres jugar a la pelota? B. Tu sabes mas que yo, y eres mas experto. A. Yo vsare, y jugare solamente de la mano, y tu de la traqueta.

B. Bien, yo soy contento de iugar.

A. *Visne certare pilapalmariæ? B. Tu es longè me peritior. A. Ego utar sola manu, tu uerò reticulo. B. Age ludam.*

*Varietas. Age ludam: Placet igitur mihi. Volo igitur, Ludamus igitur, Agédum, ludamus, Age fiat: Age, faciam.) Hæ omnes orationes sunt consentientis.*

Estos occuparon el juego antes de nosotros, o tuuieron.

*Isti ludam occuparunt.*

Occupare, Preuenir a vn otro, a tomar, o hazer alguna cosa.

Occup

*Occupavit locum.* Tomo el lugar primero.

*Vnde apud Lium sepe legimus.* Occupaverunt bellum facere. Hizieron la guerra los primeros.

*Locus peculiariter accommodatus ad pile palmariæ exercitationem, proprie sphaeristerium dicitur: sed quia in gymnasijs non solent esse sphaeristeria, ideo malim, ut pueri ludum appellent.*

*Ludus enim non modò est ipse lusus: sed etiam omnis locus exercitationis.*

*Vnde ludus literarius: id est, Schola. Et ludimagister, de quo alibi.*

*Ludi pluraliter tantum,* Los juegos publicos.

*Iuit spectation ludos.* Es ido a ver los juegos.

A. Quieres jugar conmigo a la pelota? B. Yo no se nada, no entiendo nada en el juego.

A. *Visne pile colluderet*

B. *Eius rei sum imperitus.*

*Sum pile prorsus indoctus.*

*Eius ludi omnino sum ignarus.*

*Varietas. Eius ludi, Eius lusus, Eius lusionis.*

*Cicero, Nobis senibus ex multis lusionibus talos relinquunt & tesseras.*

*Varietas. Visne pile colludere? Vis mecum certare pile? Vis palmaria pile mecum ludere? Placètne pile mihi colludere? id est, Mecum ludere.*

*Horatius, Gestit paribus colludere.*

Maestro, plazeos que entre nosotros pequeños, juguemos a la pelota?

Præceptor, placètne tibi, ut parvuli pile colludamus?

A la pelota de mano, no te tengo miedo.

De pile palmaria, non te metuo.



De ludo pile, nihil te timeo.

Plautus, De lanificio, neminem metuo, una etate que sit.)

Hoc est, Quod ad lanificium pertinet, nullam mulierem, duntaxat que sit unius (id est eiusdem) etatis mecum.

Quanto al officio de la lana, yo no temo muger del mundo, alomenos que sea de mi edad.

Yo me pondre osadamente en este juego contrati.

Respondebo tibi in hoc certamine.

Hoc in ludo me tibi audacter opponam.

Non dubito inire tecum hoc certamen.

Paratus sum in arenam tecum descendere.) Translatio à gladiatoribus. Nam locus ubi dimicabant, arena dicebatur.

Gladiatores, Los que se combatian a la espada vno a vno, en los juegos Romanos.

Tentemos, y experimentemos la fortuna del juego, pongamo nos a la ventura.

Tentemus ludi fortunam.

Committamus nos fortunam.

Ludi sortem experiantur.

Fortunæ periculo nos ipsos committamus.

Iaciamus aleam, uel,

Committamus nos aleæ. Pongamo nos al hazar, y fortuna. Ex adagio Cesaris. IACTA EST

ALEA.

Inguemos a la corta bola.

Eudamus sphaera uolubili.

Inguemos a la pelota.

Ludamus pile uolubili.

Certemus

*Certemus pila palmaria.*

Iuguemos a la gran bola.

*Certemus globis misilibus.*

*Mittamus globos.* Echamos las bolas.

Salgamos a los campos fuera de la ciudad, para que nos exercitemos, a echar la bola.

*Exeamus in agrum suburbânium, ut globis misilibus nos exerceamus.*

Yo sere de la parte de los buenos jugadores.

*Cum primis iungar.*

*Erit mihi cum primis sortitio.*

*Sortiar cum primis.*) Hoc dicitur, cum fit sortitio. Quando echan suertes para jugar, o hazen partida.

Yo espero, que sere de los que ganaren.

*Spero me de victoribus fore.*

*Pars mihi erit cum victoribus.*

*Cur etiam non dixisti, Spero me fore de numero victorum?*

Quia ambiguum esset, an de victis, an de victoribus intelli-  
gerem. Nam genitiuus pluralis VICTORVM, tam est  
à VICTVS, quàm à VICTOR.

Iuguemos a la moxca.

*Certemus empûse ludo.*) Empûsa ( ut Græcorum fabula tradunt ) fuit monstrum unius pedis. Hinc Erasmus Empûse ludum eleganter appellavit, quem Nostrates, Ludea re ad mûscam, dicunt.

Tuuo la moxca, fue herido.

*Habet.*) Id est, Percussus est. Ex Terentio.

*Est ad metam.*) Sub. Ludi.

Quieres jugar al correr a la barrera? quieres con-  
tender conmigo, o apostar qual corre mas?

*Visne cursu ad metas contendere?*) Ordo est, Visne contem-  
dere

*dere cursu ad metas? Vtrinque enim sunt metæ posite, intra quas curri solet.*

*Meta. Termino.*

*Pone metam. Pon el termino.*

*Prouemos a ver quien corra mas de nosotros dos basta el puesto, y termino, quien llegara primero al cabo.*

*Certemus, uter nostrum prior metam contigerit.*

*Contendamus, uter nostrum citius ad terminum peruenit.*

*Oye, yo te ruego, yo no jugare mas contigo, si no pones, y metes en juego.*

*Audi queso, non ludam tecum amplius, nisi deponas in ludum.) sub. Præmium: quo scilicet lusus constat.*

*Juguemos de veras, y por precio.*

*Certemus aliquo præmio.*

*Contendamus pretio.*

*Ludamus serio.*

*Emos de jugar, o ha se de jugar por alguna cosa.*

*Aliquo periculo certandum est.*

*A. Quanto quieris tu jugar? B. Vn liardo, o ardite.*

*A. Quanti vis ludere? B. Quadrante.*

*Hic quadrans, quadrantis.*

*Varietas. Quanti vis ludere? Quanti vis contendere? Quanti vis certare?*

*Juguemos a los papirotos.*

*Certemus talitris.*

*Certemus pena talitrorum.*

*Hoc talitrium, talitri, Hispanicè Papirote. Suetonius.*

*Tu me tendras juego.*

*Ludum ad finem usque persequeris.*

AA



Ludere mecum perseverabis.  
 In certamine perges ad finem usque.  
 Non incidēs ludum.  
 Non abruptes lusum.  
 Non omittes certamen.

Juguemos al juego, que llaman al cauallejo abatido.

Certemus equuleo depresso.

Ludamus equo depresso. Hic equuleus, Cauallejo. ut apud Varronem. Aliās est genus tormenti. De otra manera es vn genero de tormento.

Depressus, depressa, depressum, Abatido: ut.

Depressa nauis. Vna nao hundida en el agua.

Juguemos al çapato rompido, o suela.

Ludamus solea detrita.

Detero, deteris, detriui, detritum. Deteror, detéris, detritus sum.

Juguemos a la olla quebrada.

Ludamus olla pertusa. Certemus ruptis fictilibus.

Fictilia, Todas maneras de ollas, y potes de tierra.

Hoc fictile, fictilis, substantiuum.

Hic & hæc fictilis, & hoc fictile, adiectiuum.

Olla fictilis. Vna olla de tierra.

Calix fictilis. Vn gubileste, o tasa de tierra.

Nomem fictile, Vn valo, o valija nueua de tierra.

Ganame a la pelota, y juega mejor que yo.

Pila palmaria me uincit.

Salu me uincit. Salta mejor que yo.

Disco me uincit. A la pelota de ierro me vençe.

Iactu lapidis me uincit. A tirar la piedra me sobrepuja.

Discus propriè significat, El tejo. Vnde & pro ipso <sup>ludo</sup> do

do ponitur.

Passa me corriendo, o a correr. Corre mas que yo, o mas reço.

Me cursu praeuertitur.

Me superat cursu.

Currit me uelocius, uel celerius.

Varietas. Praeuertitur, Praeuertit.

Varietas. Superat, Vincit.

Anteuertit mihi. Passa me. Va mas presto que yo. Va delante mi.

Tu no ganaras. No venceras.

Non uinces. Non obtinebis.

Non potieris uictoria. Non obtinebis uictoriam.

Varietas. Non obtinebis uictoria, Non adipisceris uictoriam.

Non assequeris uictoriam. Non consequeris uictoriam.

Tu no ganaras contra el.

Hac re non uinces eum.

Non auferes illi huius certaminis uictoriam.

Yo te desafio a jugar a la pelota.

Prouoco te pila palmaria.

Haz lo que podras, yo te desafio a esto.

Fac pro uiribus, ad hoc certamen te prouoco.

Saltemos.

Saliamus.

Certemus saltu.

Contendamus saltu.

Salire. Saltar.

Saltare, Dançar.

Saltatio, La dança.

Chironomica saltatio: uel, gesticulatrix saltatio. Vna

morisca.

*Ludus saltatorius*, La escuela de dançar, adonde aprenden a dançar.

*Saltator*, Vn dançador ordinario, que lo tiene por officio.

*Saltatrix*, uel *saltatricula*, Vna dançadora, que por officio lo tiene.

*Chironomus*, Jugador, o tañedor de morisca.

*Sannio*, El loco de vn juego, como de vna farfa, de vna morisca, o otra dança. Ex *Budeo*.

*Sannio saltationē occēpit*. El loco començo la dança.

*Saltat cum crotalis*. Dança con caxcaueles. Ex *Macrobio*.

*Morio*, Vn loco, o bouo con el qual toma passa-tiempo.

*Morio regius*, El loco del rey.

Quieres tu saltar conmigo?

*Visne mecum saltu contendere?*

Quieres jugar al tejo?

*Vis mecum disco certare?*

Quieres tirar la piedra, o canto conmigo?

*Vis mecum iactu lapidis contendere?*

Quieres luchar contra mi, o conmigo.

*Visne certare palestrat?*

*Vis colluctari?*

*Placētne lucta mecum exerceri?*

*Varietas. Palestra, Lucta, Luctatione.*

Iuega de tabletas.

*Ludit crepitaculo.*

*Hoc crepitaculum*. Tabletas de los de san Lazaro.

*Quod si quis (ut sit) planis ossibus, non compactis imitabitur crepitaculum: de hoc dicere poteris,*

*Ludit*



Ludit crepitantibus ofiiculis. uel,  
Ofiiculis imitatur crepitaculum. Imita con hueffos el  
son de las tabletas de los lazarus.

Iuguemos a la porra con pelota.

Ludamus claua pilaria.) Hic enim ludus claua & pila constat, ut satis notum est.

Iuguemos a la porra.

Ludamus claua.) Hic quoque lusus & claua constat, & pila: sed ludum claua citra ullam adiectionem appellauit, ut differat à superiore. Nec ausim (ut quidam fecerunt) uocare Ludum pedi: quia VEDVM dicitur à Grammaticis esse indeclinabile.

Ioan y Pedro ouieron açotes, porque fuerõ halados del maestro en el juego de las cartas y naypes.

Ioannes & Petrus in ludo charitarum à præceptore deprehensi, de tergo suo dependerunt.

Et iure quidem optimo. Hunc enim ludum & illiberalem & perniciosum pueri angue peius odisse debent.

A præceptore deprehensi: hoc est, quia præceptor eos deprehenderat. Hic nota elegantiam participij, quo saepe ratio includitur.

De tergo suo dependerunt.) sub. poenas: id est, Tergo suo poenas dederunt.

Dependo, dependis, dependi, dependium.

A. Quieres tu jugar a los dados? B. No. A. Porque? B. Porque es defendido.

A. Visne ludere tesseris? B. Nolo.

A. Cur? B. Quia uetitus est ludus.

A. Quam ob rem? B. Aiunt enim crimen esse. Hæc tessera. Vn dado.

*Abstineant omnino pueri alea: hoc est, omni ludo, qui in sorte consistit: qualis est chartarum ludus, & tesserarum, & talorum.*

*Alea, Todo juego de fortuna, y hazar.*

*Aleator, El que tiene, o toma por officio de jugar al juego de hazar, como de cartas, y dados.*

*Ludere alea, Jugar a juego de hazar, y fortuna.*

*Lusit aleam, Tuvo por officio de jugar juego de hazar, o de fortuna. Figurate dictum, ut Scriuunt seruientem.*

*Juguemos a las llaves.*

*Ludamus clauibus.*

*Juguemos a los tantos sobre la mesa.*

*Ludamus calculis.*

*Hic calculus, Vn tanto. Antiqui enim calculis (id est, rotundis scrupulis) ratiocinabantur. Vnde calculi dicti, quibus nunc utimur.*

*Scrupus & scrupulus, Vna pequeña piedra.*

*Ludus trunculorum, Juego de la peonça.) Sic appellat doctissimus quidam. Alij Pyramidulas malunt.*

*Hic trunculus, a truncus diminutiuum est.*

*Ludus uestica, cum luditur uestica uento plena. Quando juegan con vna vexiga llena de viento. Quidam ludum follis uocant.*

*Hic follis, Vn fuelle, o fuelles.*

*Juego de juncada.*

*Ludus iunculorum.*

*Juego des oflezuellos.*

*Ludus talorum,*

*Ludus taxillorum, Ludus talaris.*

*Hic talus, Hic taxillus diminutiuum.*

*Talaris.*

*Talarus*, adiectiuum est.

*Cicero*, Adde his, si placet, unguentarios, saltatores, totionem  
que ludum talarium.

*Talus* quid proprie sit, alibi diximus. Græcè autem astrágalus  
dicitur.

Ludere astrágalis, idem quod Ludere talis.

Iuguemos a las tablillas.

Certemus cálculis misilibus.

Ludamus orbiculis.

Hic orbiculus. Hic & hæc misilis, & hoc misile.

Iuguemos a par es y non es. Ludamus par impar.

*Horatius*, Ludere par impar: pro stello adungere mures.

A. Iuguemos a las damas. B. No tenemos tablero.

A. Ludamus calculis. B. Non habemus fritillum.

Calculi, sunt orbiculi, quibus luditur in fritillo. Las pie-  
ças con que juegan a damas.

*Martialis*, Hic tibi bis seno moneratur tessera puercio.

Calculus hic gemino discolor hoste peri.

Varietas. Calculi, Scrupi. Apud *Budæum*.

Hic fritillus, est tabula lusoria. La tabla para jugar a las  
damas.

Varietas. Fritillus, Alneus, Alneolus.

Tabula interpesta, pro fritillo dicitur ab *Hieronymo* Vide:  
qui nostra etate de ludo latruncularum carmine scripsit  
eleganti.

Iuguemos al a xedrez.

Ludamus latrunculis.

Hic latrunculus.

*Martialis* etiã latrones appellauit: sed metri (ut opinor) causa.

Versus, Las rengleras del tablero.

Ostioni versus, etiã dicuntur, quia ostionis distincti sunt quæ-



*drulis.* Porque cada vno tiene ocho pequeños lugares, los quatro de vna color, y los otros quatro de otro.

*Varietas.* *Versus, Sulcus, Orbita, Ordo.*

*Reges,* Los reyes.

*Regine,* Las reynas, o damas.

*Equites,* Los caualleros.

*Cyclôpes,* Roques.

*Centauri,* Arfiles.

*Pédites,* Peones.

*Primus ordo,* La primera rengla, y orden, que es, de la parte del que juega, en esta régla está los reyes, y damas, arfiles, caualleros, y roques, tanto de vna parte, como de otra.

*Secundus ordo,* La segunda rengla: en la qual estan los peones, tanto de vna parte, como de otra.

El rey no está en su lugar,

*Rex non est in sua statione.*

*Varietas.* *Statio, Domus, Sedes, Quadra, Quadrula.*

*Plura de latruncularum ludo apud Hieronymum Vidam: ex quo hæc paucula ferè desumpsimus,*

Quieres que yo sea tu cõpañero a jugar a la pelota?

*Visne ut sim collusor tuus in lusu pile?*

Quieres que yo sea de tu parte.

*Vis me collusorem tibi? sub. Esse.*

Sea, yo ruego te, de tu parte en el jugar.

*Fac sodes, iungar tibi.*

*Admitte me collusorem.*

*Fac rogo, sim de tuis collusoribus.*

*Pátere queso, ut colludam tecum.*

*Recipe me queso in tuorum numerum.*

*Sodes,*

*Sodes, est blandientis aduerbium, seu maius interiectio: quasi tu dicas, queso, rogo, obsecro.*

No haze mucho al caso, como se haga la partida,  
y quien sea compañero de qual.

*Parium refert, cui quis inuigatur.*

*Nihil interest, quem quis parium sortiatur.*

*Varietas. Parium, Non admodum.*

A. Ola Pedro, juguemos a la pelota. B. Yo tengo con quien jugar.

A. Heus Petre, Ludanus pila. B. Iam sunt mihi collusores.

Iam collusores sortitus sum. Iam mihi pars est cum alijs.

Echemos suertes, quien sera en el juego, o quien seruirá.

*Colludamus pila certatim excipienda. ) Hic enim certatur, uter, aut quis (si multi sint) pilam excipiet: meliörque censetur eius conditio qui excipit, quam qui mittit.*

*Hic enim est tanquam minister: ille, quasi dominus. Vnde qui pila exceptorem detrusit, solet dicere, Mea est pila. )*

*Quod & proverbialiter dicitur, pro eo quod est, Ego uici. Plantus.*

A. Quieres tu jugar conmigo? B. Tu eres muy grande por mi, yo quiero jugar con mis parejos, o iguales.

A. Visne mecum ludere? B. Tu es maior, quam ut tibi respondeam. nolo paribus colludere.

*Horatius, Gestit paribus colludere. ) De puero loquitur. Paribus autem datus est.*

*Varietas, Colludere paribus, Ludere cum paribus.*

*Respondeam. ) pro Respondere possum. Modus potentialis.*

Iuguemos a pelotear.

*Ludamus pila datatim. Plantus.*

Yo meti, y puse la pelota tres vezes arreo en aquel agujero.

*Ter pilam continenter in cauum misi.*

*His cauus, uel hoc cauum, caui: Id est: Foramen.*

*Virgilius, Inuentusque cauis bufo.*

Ay dexame yo no quiero jugar, porque estoy todo enhadado.

*Hem, mitte me obsecro: nunc non est mihi in ludo animus: quia totus te dio confectus sum.*

*Varietas. Non est mihi in ludo animus, Alienus sum à ludo, Abhorret animus à ludo.*

Yo estoy cansado de jugar.

*Ludendo sum defessus. Ex Terentio.*

*Lassus, Latinou e: sed alibi conueniet.*

Estoy tan cansado de jugar a la pelota, que no puedo auer mi aliento.

*Ludo pile ita sion fatigatus, ut totus anhelem.*

*Varietas. Ut totus anhelem, Ut toto anhelem pulmone, Ut prorsus anhelus sim.*

*Hic pulmo, Pulmon, o liuianos.*

Anbelare, Alientar, que es, quando estan tan cansados, de correr, o de otro trabajo muy fuerte, que no pueden refollar.

*In morem suis anhelat. Sopla como vn puerco.*

*Anhelus, anhela, anhelum: El que tiene el aliento corto*

*Anhelus equus, Vn cauallo que aceça, y tiene corto el aliento.*

*Suspiriosus equus, idem quod anhelus equus. Columella.*

*Sic, homo suspiriosus. Vn hombre que tiene el aliento corto. Plinius.*

A. Yo apuesto que tu no le ganaras. B. Que sí.  
A. Que



A. Que no por dos agujetas. B. Yo soy cōtento.

A. *Divino illum non fore uictorem, idque facta sponsione.*

B. *Ego contra diuino, adeoq; restipulor.* A. *Ego itē contra: idq; duābus ligulis in sponsionē depositis.* B. *Cōsentio.*

*Ego item contra: sub, Diuino.*

*Idque: subaudi Facio.*

*Restipulari, dicitur is qui cum eo certat, qui sponsione prouo-*

*cauit. El que apuesta con el primero que salió y*

*desafío a apostar. Sic usus est Valerius.*

*Proprie tamen hoc dicitur suscipere sponsionem. Nam resti-*

*pulari ad alium contractum pertinet.*

Quieres jugar a quebrar las nuezes vnas con otras?

*Vis iuglandium certare compressione?*

Quieres poner tu nuez contra la mia, auer qual quebrara la otra?

*Visne cum mea iuglande tuam committeres?*

*Vis committamus unā iuglandes nostras?*

*Visne iuglandes nostras inter se committamus?* ) *Iuglandes,*

*sub. Nueces.*

*Nux iuglans, Vna nuez.*

*Hec iuglans, iuglandis.*

*Nux est generale nomen: de quo alibi admonéberis.*

Iusta con el con mi nuez.

*Certa cum illo mea iuglande.*

*Cum illius iuglande meam committe.*

Yo te doy mi nuez a tu credito, y conciencia.

*Meam iuglandem in fidem tuam depono.*

Yo te fio mi nuez.

*Iuglandem meam tibi committo, uel,*

*Tue fidei committo. Mi nuez echo y abatio la tuya.*

*Iuglans*

*Iuglans mea tuam deiicit.*

*Mea iuglande tuam decuisti.*

Si tu hizieres algun engaño, yo aure tu nuez.

*Si quam feceris fallaciam, iuglandem tuam mihi uendicabo.*

Coge, y encierra todo esto.

*Collige istaec omnia.*

De todo lo que yo tengo, o todo mi resto yo te desafío de todo lo que tengo, yo jaego por todo lo que tengo, o de dinero, o de nuezes, o de agujetas.

*Depôno quicquid mihi reliquam est.*) *Depôno: sub. In ludum.*

De vn dedo te gano.

*Vinco te uno digito.*

*Vno digito te precedo. Sic.*

Vno pede, De vn pie.

*Semipede, De medio pie.*

*Sesquipede, De pie y medio.*

*Duobus pedibus, De dos pies.*

Yo menosprecio la fortuna, porque no me puede acaescer cosa mas fuerte y graue, que perder lo todo: Esto es, no haze mucho al caso, yo no puedo que perder lo todo.

*Fortunam paruipendo: nihil grauius accidere potest, quam, ut semel perdam omnia.*) *Accidere: sub. Mihi.*

*Semel, Todo a vna vez, Todo de vn golpe.*

*Item SEMEL: Id est, Vno uerbo. Todo a vna palabra.*

*Dic mihi semel, quid me uelis. Dime en vna palabra, que es lo que tu me quieres.*

Nosotros auemos ganado.

*Vicimus.*

*Victus.*

Vosotros aue ys perdido.

*Victis estis.*

Nosotros emos perdido.

*Victos nos fatemur.*

*Cedimus uictoria.*

Quantoganaſte?

*Quantum lucratus es?*

*Quantum feciſti lucri?*

*Quid lucri feciſti?*

Yo he perdido quatro agujetas en eſte juego.

*In hoc ludo quatuor ligulas perdi.*

*Varietas. Perdidit, Amiſi.*

Tu me has quitado eſte juego, yo eſtana muy cerca de ganar lo, ſi tu no lo ouieſſes ganado.

*Hanc uictoriam mihi praeſripuiſti.*

Tu me has hecho perder eſte juego.

*Hanc amiſi tua culpa uictoriam.*

*Tua culpa haec uictoria mihi elapſa eſt.*

*Tua imprudentia hanc mihi uictoriam abſtulit.*

Por tu culpa perdiſte eſte juego.

*Tu ipſius culpaſtan uictoriam amiſiſti.*

No jugaremos oy, porque haze mal tiempo.

*Tempeſtatis cauſa hodie ludo prohibebimur.*

*Hodierna tempeſtas nos ludo prohibebit.*

*Quia nubilium eſt, hoc die non licebit ludere.*

*Tempeſtas hoc in loco ſignificat, quod uulgò dicitur, Indiſpoſitio temporis. Ex Cicerone.*

*Tempeſtas caeli pro eodem. Plinius.*

A. Ven, ven aca a mi, yo te leuare ſobre los hombros. B. No lo hare, tu eres muy pequeño de cuerpo



cuerpo, y no me podrias sostener.

A. Veni, ueni ad me, ego te in humeris feram. B. Non patiar, tu nimis es breui corpore: nec me posses sustinere.

Tu eres debil, y de pocas fuerças.

Tu es nimis imbecillis.

Tu es imbecillior. Sub. Quam opus sit ad hanc rem.

Non satis es ualidus.

Varietas, Imbecillis, Imbecillus, Infirmus, Infirmo corpore, Debilis.

Varietas. Validus, Robustus, Valido corpore, Robusto corpore.

Yo tengo vn buen trompo, no querria no auer lo comprado.

Habeo optimum turbinem: nollem non emisse. sub. Hunc, uel eum, uel illum.

Varietas. Nollem non emisse. Non me poenitet mercatum esse, Non poenitet me emptiõnis.

Quieres jugar conmigo al trompo?

Vis mecum uersare turbinem?

Varietas. Versare, Agitare, uoluere, Rotare, Torquere.

Quieres me vender vna correa o açote para jugar al trompo?

Visne mihi uendere flagellum ad uersandum turbinem?

Tengo necesidad de vn açote para hazer tornar mi trompo.

Opus est mihi uerbere ad uersandum turbinem.

Hoc uerber, uerberis: Hoc flagellum.

Virgilius. Volitans sub uerbere turbo.

Hic turbo turbinis, Vn trompo, o vna peonça.

Buxens turbo, Vn trompo de buxo.

Turbo cornuus: Id est, Ex cornu.

MAND

# MANDANDI, IV- BENDI, PRAECI- PIENDI.

## CAPVT XXXIX.

Tu padre dize que tu vengas a hablar a el.

*Iubet pater, ad se uenias. ) Iubet, sub. ut.*

No te es harto dicho? No te es esto assas manda-  
do?

*Satur hoc mandatum est tibi? ) Sati, pro satisne, more comi-  
corum.*

*Non est satis repetitum?*

*Non toties dixisse sat est?*

*Sati sine hoc tibi inculcatum est?*

*Inculcare,* Dezir vna cosa a alguno muchas vezes.

*Mandare,* Mandar, o dar commissiõ de hazer algu-  
na cosa, sin prometer nada.

Mi padre me mandó esto. Dio me esta commis-  
sion, y cargo.

*Hoc mihi mandauit pater. uel,*

*Hoc mihi pater in mandatis dedit.*

Que cargo tienes tu del?

*Quid ab illo in mandatis habes? Ex Liuiio.*

Que cargo tiene del Rey?

*Quid habet a rege in mandatis?*

Trae lo todo junto de vn camino.

*Vna opera totum offer.*

*Affer semel omnia.*

*Afferto simul omnia. ) Semel, De vna vez.*

*Eadem opera totum apporta.*

Para

Para te, cessa.

Resiste.

Siste pedem.

Siste gradum.

Confiste istic. Esta quedo tu ay donde estas.

No te quedaste, o detuiste?

Non constitisti?

Espera Pedro, yo te quiero dezir algo.

Siste gradum Petre, paucis te uolo.

Heus tu, resiste: est quod te uelim conuenire.) id est, Aliquid est, propter quod uolo te álloqui.

Ten lo, o deten lo,

Rétine illum.

Terentius. Assequere, ac rétine: dum huc ego seruos éuoco.

CHREMES. Etenim nequeo solus: accurre huc.

Ve delante corriendo, porque sea todo aparejado en casa.

Abi, præcurre: ut sint domi parata omnia.

Dexame el cargo desto.

Dede id mihi negotij

Dede id mihi negotium.) Hoc est, Arbitrio meo totum illud permitte negotium.

Da mihi id negotij.

Permitte istud mihi.

Dexame todo el cargo.

Committe mihi rem totam.

Dar cargo especial de hazer algo:

Dare negotium, uel Dédere negotium. Vtròque utitur Terentius.

Dedit mihi hoc onus. Vide sub capite DARE.

Desatacate.

Solue



*Solue tibialia.*

*Exolue ligulas tibialium.*

**Aciende la candela.**

*Accende candelam.*

**Alumbra me.**

*Præluce mihi.*

*Præfer mihi lumen.*

*Sernus præluceus.* El moço quel leua la hacha o lanterna delante su amo. *Græcè Daduchus, teste Budeo, dicitur.*

*Illustrare solem facibus.* Esclarefcer al sol. *Prouerbia est, quo significamus, quempiam uelle rebus per se clarissimis modicam lucem dare: unde magis etiam obscureretur.* Ex Alciato.

**De adonde començare?**

*Vnde incipiam?*

*Vnde initium sumam?*

*Vnde exordiar?*

**De donde començare a leer?**

*Vnde incipiam recitare?*

*Vnde faciam legendi initium?*

**Comiença dedonde la vltima vez acabaste.**

*Incipe, ubi proximè finieras.* *Incipe: sub. Inde, Hoc est,*

*Incipe ab eo loco, ubi tu finieras.*

*Varietas. Finieras, Desieras.*

*Desino, desinis, desini, & per syncopam desij.*

**En este lugar o passo dexamos, o auiamos dexando vltimamente.**

*Hoc in loco proximè desieramus.*

**Lee alto. Lee alto y claro, que cada vno entienda.**

*Récita clara uoce.*

*Récita claré.*

*Lóquere claré.*

*Dic claré.*

*Dic clara noce.*

*Terentius, Vnde est? dic claré.*

*Valerius, Clara noce respondit.*

*Habla mas alto.*

*Attolle noxem.*

*Lóquere claríus.*

*Habla mas rezio. Esfuerçate a hablar.*

*Intende noxem.*

*Abaxa la boz.*

*Remitte noxem.*

*Lee el catalogo.*

*Récita catálogum.*

*Es el, que lee el catalogo.*

*Est recitator catálogi.*

*Præfatus est catálogo.* ) *sub. Recitando. Sunt qui nomen clatorem dicant, à similitudine eorum nomenclatorum, quibus olim Romæ candidati utebantur.*

*Est obseruator.* Es el notador, y el que lleva los nombres de los que hablan Español.

*Leuanta te.*

*Surge.*

*Endereça te, tu estas todo encorruado.*

*Erige teipsum, tu plarè incuruus es.*

*Quita te de sobre mi.*

*Attolle te à corpore meo.*

*Alça mi cuchillo, que cayó en tierra.*

*Tolle meum cultellum, qui hami decídit.* ) *Id est, In terram.*

Cayo

Cayo en tierra.

*Décidit in terram. Ex Plauto.*

Leuanta me, o alça a me.) *Hoc dicunt paruum collu-  
dentes: cum se uicissim leuant, & ferunt.*

Erige me.

Attolle me.

Leua me.

*Linus, Mox aqua leuata uento.*

*Varietas. Leua, Tolle, Attolle.*

Leuanta aquel niño que cayó.

*Attolle istum paruulum, qui cecidit.*

Ayuda le a leuantar se.

*Subleua illum.*

Da me la mano.

*Porrige mihi manum.*

Allega te mas cerca de mi.

*Accède ad me propius.*

Ve a ver, si el principal esta en la camara.

*Visit an gymnasiarcha sit in cubiculo. ) Vise: Id est, I ad  
uidendum.*

*I uisum, si gymnasiarcha est in cubiculo. ) Si pro an, Latinson  
est: & frequens apud comicos.*

*Terentius, Visum si domi est.*

Yo te doy el cargo de mis cosas.

*Commendo tibi res meas.*

Yo te encomiendo todas mis cosas.

*Committo tibi mea omnia.*

BB



# MEMORIAE,

## & Recordationis.

### CAPVT XL.

Acuerda se me bien de se dia.

*Illius diei probe mémini.*

Acuerda se me del dia mesmo.

*Ipsum diem memoria teneo.*

Haz que se te acuerde de tu promessa, o prometimiento.

*Promissum tuum fac memoria teneas.) id est, Caue obliuisci.*

*Ex Cicerone.*

Aquello me vino a la cabeça, y fantasia, sin pensar.

*Illud mihi, nec opinanti in mentem uenit.*

*Hoc mihi ultrò se obtulit.*

*Illud mihi, nec cogitanti, occurrit.) Nec cogitanti: id est, Ne cogitanti quidem.*

*Varietas. Nec cogitanti, Nec opinanti.*

Yo me acordare de todas estas cosas, y las tornare a aprender en ocho dias.

*Hæc omnia intra octo dies recordatus ero.*

*Faciam, ut hæc omnia octo diebus reminiscar.*

Dentro de ocho dias aure traydo a la memoria todo esto.

*Octo diebus hæc omnia in memoriam reuocauero.) id est.*

*Intra octo dies.*

*Reminiscor, reminisceris, reminisci, praterito caret.*

Reduzir a la memoria alguna cosa, que otra vez

vez emos sabido.

Recordari pro eodem interdum accipitur.

Varietas. Reuocauero, Redegero, Reduxero.

Est etiam Recordari, uel Reminisci, siue redire in memoriam: quod Hispanicè dicitur, Rauisar se.

Yo veo bien, que no se te acuerda mas de mi.

Satis uideo te oblitum esse mei.

Nostri, ut uideo, iam non meministi.

Apud te, quantum quidem perspicio, in obliuionem ueni.

Tu, quantum uideo, mei prorsus es inmemor.

Desisti, ut satis mihi constat, memor esse mei.

Plures memoriae & obliuionis formulas in toto opere sparse  
sunt inuenies.

## MINANDI.

### CAPVT XL I.

Si no se hazen las cosas a su plazer, luego amenaza.

Nisi ad nutum eius faciat, statim uerbera minatur.

Varietas. Ad nutum eius, Ad uoluntatem eius. Caesar.

Si tu hizieres eso por amor de mi, yo me pondre hazer a tu plazer todo lo que quieres.

Si illi mea causa feceris, me totum ad uoluntatem nutumque  
tuum conuertam. Ex Cicrone.

Nisi, factus, secunda est persona pro tertia. Sic enim semper  
appellant Grammatici tum antiqui, tum recentiores. His  
Spanico autem sermone ferè exprimitur per uerbum im-  
personale: ut & hic, & alibi sepe uertimus.

Si mas hablares dare te vn boffeton.

Verbum si addideris, incutiam tibi colaphum. Iuuenalis.

Ducam tibi colaphum. *Quintilianus.*

Infringam tibi colaphum. *Terentius.*

Impingam tibi alapam.

Aun murmuras?

Etiam murmurat?

Et mutire audes? *Mussas adhuc?*

Mussare, antiquum est uerbum, pro murmurare.

*Plautus, Mussas adhuc, triuenefica?*

Licebit interim tui in quotidiano sermone. Hic enim est maximè proprium.

Id uerbum alia item significat: ut apud *Virgilium.*

Sed dicere mussant.) id est, Dubitant.

Si eres cuerdo, mira lo que hazes.

Si sapias, uide quid agas.) id est, Quid agere uelis, aut proponas. Modus potentialis.

Yo soy tan bié de mi cabeça, como tu de la tuya.

*Cerebrosus cerebrosus inuenisti.*

*Malo nodo, malum inuenies cuneum.*

Sed hæc non sunt *Christianis* digna: ut qui alienam ferociam sua mansuetudine lenire debeant. Non iram ira, sed iram lenitate, facile placabis. Neque enim ignis ignem, sed aqua ignem extinguit.

No me osarias mirar entre dos ojos.

Non auderes me rectè in faciem aspicere.) *Rectè: id est, Recto obtùtu, uel recta acie.*

Aspice me rectà. Mira me en hito.

*Recta: id est, Recto obtùtu.*

Guarda que no digas que no te lo han dicho.

Cave dicas, tibi non prædictum.) *sub. Esse.*

Non est quod postea dicas, te nõ fuisse admonitũ. Ex *Terentio.*

No aura porque me digas, que no lo pensaaas de



de hazer.

*Nihil erit quod dicas mihi, non feci de industria.*

*Frustra mihi dixeris, te fecisse per imprudentiam.*

No es menester, o no aprouechara nada, que vengas despues a te escusar.

*Non erit quod te posterius purges.*

*Nihil erit quod dicas mihi, non putabam.*) Hoc est, *Nihil tibi proderit mihi dicere, non putabam. uel, Frustra id mihi dixeris.* Debalde me lo diras.

Ay donde me vengue.

*Est, ubi te ulciscar, locus.*

De todas las cosas ay su vez. Cada cosa tiene su lugar.

*Omnium rerum uicisfitudo est.*) *Vtrumque.* Ex Terentio.

O vellaco. Hem nébulo.

O vellaco, yo te pagare en lo mesmo por esto que as hecho.

*Ego te pro isto facto ulciscar, nébulo.*

*Hoc ego tibi profecto reddam, nébulo.*

Yo te lo boluere al doble.

*Illud reddam tibi cum scenore.*

*Ego tibi iniuriam duplicabo.*) *Iniuriam. sub. Illam.*

*Varietas. Duplicabo, Cōduplicabo, Geminabo, Cōgeminabo.*

*Feneratō reponam tibi.*

No te burlaras de mi desta manera, y sin pagar lo.

*Haud mihi impūne illūseris.*

Yo le hare bien pagar lo.

*Malē illum mulctabo.* Terentius.

*Magna re mala illum mulctabo.* Plautus.

Yo me vengare bien del.

*Ego illum probe ulciscar.*

Est ubi ulciscar locus.) Hoc est, Erit occasio, uel tempus, quo illum possim ulcisci: id est, Punire.

Yo te prometo, que yo te lo tornare en la mesma moneda.

Profectio par pari referam.

Certe aderit, ubi reddam tibi.) Aderit: Subaudi, Tempus.

Si yo uiuo, yo me vengare de ti.

Ego te, si uixerō.) sub. Ulciscar.

Hæc & similia non ideo emendamus, ut probemus sic esse dicendam: sed ut ab eiusmodi omnibus cauendum esse moneamus. Neque enim aut hæc, aut similia tam eleganter dici possunt, ut non pessima sint, atq; execranda. Nam quis hæc docuit nisi ueterator ille, hostis humani generis? At contra mitissimus ille doctor noster IESVS dixit, Estote misericordes, sicut & pater uester celestis misericors est.

Dimittite, & dimittetur uobis. In eandem sententiam & Apostolus ait, Nemini malum pro malo reddentes. Dic igitur puer, pro malis eiusmodi uerbis, hoc bonum uerbum, Condono tibi ex animo, quicquid in me commisisti. Eo pacto, mi puer, Deum tibi propitium reddes.

Si tu me das, yo te lo boluere bien.

Si me uerberaris, reddam tibi talionem. uel,

Par pari referam.

Yo me vengare bien de ti.

Ego te probe ulciscar.) id est, Puniam.

Yo te lo boluere al doble.

Ego tibi istud conduplicabo.

Sed hæc à Christiano: id est, CHRISTI imitatore, ne cogitanda quidē sunt: tantum a<sup>l</sup> est ut aut dici, aut fieri debeāt.

Ait enim ille, Diligite inimicos uestros: benefacite his qui odierunt uos: & orate pro persequentibus & calumniantibus

tibus uos: ut sitis filij patris uestri qui in cælis est: qui so-  
lem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super  
iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui uos diligunt,  
quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt?  
Et si saluaueritis fratres uestros tantum, quid amplius fa-  
citis? Nonne & Ethnici hoc faciunt? Estote ergo uos per-  
fecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est. Mat-  
thæi quinto.) Nolite, obsecro, existimare pueri, uosq; ado-  
lescentes, uerba illa SERVATORIS nihil ad uos per-  
tinere. Cavete, nec cõtemnatis EVANGELIUM IESU  
CHRISTI, ne & ille nos contemnat: imò de gre-  
ge suo profus eximat.

Yo te accusare.

Ego te deseram. Id est, Accusabo.

Deseram nomen tuum.

Facere infamem, Latine dicitur, sed in re maiori: pro eo quod  
est, dedecorare, siue infamare.

Terentius, Patiar flagitijs tuis me infamem fieri. Suffrire  
yo, a ser disfamado por tus vellaquerias.

Yo te accusare delante el maestro.

Deseram nomen tuum ad præceptorem.

Criminabor te didáscalo.

El principal sabe algo del.

Delatus est ad gymnasiarcham.

Gymnasiarcha de illo reseñit quiequam.

Acusó me delante el maestro.

Indicauit me præceptori. Ex Terentio.

Indicare is dicitur, qui uná peccant. Aquel que acusa a  
su compañero del caso del qual fue el mesmo  
participante.

Vnde index, Es aquel, o aquella que desta manera, ma



nifesta a la iusticia, los otros mal hechores, con tal condition que le perdonen.

La cosa fue sabida por los mesmos que eran culpables.

*Res per indices deprehenda est.*) *Res. Id est, Crimen.*

Manifesto el caso a la iusticia.

*Magistratibus crimen indicauit.*

El mesmo te mostro, e hizo culpable.

*Se ipse indicauit.*

*Seipsum prodidit.*

*Suo iudicio periit.*

*Ipse suo proditus est iudicio.*

*Hoc iudicium, indicij.*

*Terentius, Ego quoque meo iudicio miser, quasi sorax, hodie perij: Hoc est, More soricis me ipse indicauit. Sorices enim, dum quidpiam rostant, seipfos tandem produnt.*

Yo te hare notar.

*Dabo te notandum.) sub. In tabella delatoria.*

Cuiuslibet errati diligentissimus est inquisitor.

Probè rimatur animi penetralia.

Quom prudenter latebras pèlloris inuestigat?

Confessa en nuestro colegio.

Arcanas audit confessiones in nostro gymnasio, Ex Paulo Aemilio.

Esta sentado detras del gran altar.

Sedet pone aram maximam.

Est post aram maximam.

Post, Detras.

Retro, Atras, ut Retro cede, Tira te azia tras. Et est separandi aduerbium.

Pone, antiqua est prepositio, pro POST, Interdum est aduerbium.

Virgilius, Pone subit coniunx.) id est. A tergo.

Esta las espaldas bueltas hazia el altar.

Auersus est altaribus.



Yo ayudea dezir missa a vn clerigo.

*Ministrabam sacerdoti cuidam, rem diuinam facienti.*

Este año por la fiesta de san Esteeuan hazia bueno de ver a los que dançauan par los calles.

*Hoc anno diui Stephani ferijs pulcherrimum fuit uicâtim saltantium spectaculum.*

## AD REM PERTINENTIA, ET non pertinentia.

### CAPVT LI.

Que te falta, o tienes menester? Que se te da a ti?  
Que tienes tu que hazer? A que te mezclas, y entremetes?

*Quid ad te hoc pertinet?*

*Quid ad te? sub. Hoc pertinet.*

*Quid tua refert?*

*Quid tua interest?*

*Quid tua? sub. Refert uel interest.*

*Cur id curas, quod ad te nihil attinet?* Id est, *Quod tua nihil interest.* Porque tomas pena por lo que a ti no toca nada?

*Varietas. Attinet, Pertinet, Spectat.*

A quello no me toca, o no me pertenesce.

*Illud ad me non pertinet.*

*Ad me nihil istud attinet.*

*Id negotium nihil ad me pertinebat.*

Esse negocio no me toca a mi, no tengo que hazer dello.

Non

Non est meum negotium. uel,

Id mea nihil refert.

A quello no te toca nada.

Illud tua non refert.

Ad te nihil attinet.

Tu no tienes que ver en esto. Hoc genus loquendi  
idem cum superiore significat.

Nec nihil interest tua.

Hæc res ad te nihil pertinet.

A quello no me toca cosa ninguna.

Illud mea nullam in partem interest. Cicero.

Esto te toca de bien cerca. Esto pertenesce a ti  
mayormente.

Hoc ad te maxime pertinet.

Hoc tua plurimum refert.

Esto nos toca mucho.

Permultum nostra interest.) sub. Illud.

Esto me toca de muy cerca.

Hoc ad me ualde pertinet.

Ad me uehementer attinet.

Que se me da a mi? Que me pertenesce a quello a  
mi?

Quid meae?) sub. Refert uel interest.

Quid illud ad me?) sub. Pertinet.

Tu no me respondes a proposito.

Nihil ad rem.) sub. Respondes, uel dicit.

Esto no es a proposito de lo que yo pedia.

Nihil ad carmen.) sub. Respondes, aut dicit: Hoc est, De hoc  
non interrogabam. Proverbium.

Yo te ruego, que hagas buen semblante, y me re-  
spondas a lo que demando, y a proposito.

*Orationi meæ, quæso, uerbis subseruias. Ex Terentio.*

Nunca responde a lo que le preguntan.

*Nunquam ad interrogatum respondet. Ex Cicerone.*

Dize mas de lo que le demandan.

*Plus respondet, quam ad rogatum.*

Quando le pregunto de vna cosa, me responde vna otra. Hablando de ajos, me responde de cebollas.

*De allijs loquenti, de cepis mihi respondet.) Prouerbiũ est.*

*Allia, Ajos. Hoc allium alliij.*

*Cæpe, Cebollas. Hæc cæpa, cæpe.*

*Alliatus es.) id est, Tu oles allia. Tu hueles a los ajos.*

Tu no estas aqui.

*Alias res agis.*

*Aliud cõgitas.*

*Aliud agis.*

No piensas en lo que te digo.

*Non attendis mihi.*

Tu estas aqui, mas tu animo y pensamiento en otra parte.

*Tute hic es, animus alibi.*

*Plantus, Egomet hic sum: animus domi est.*

Tu pensamiento esta fuera de aqui.

*Mens tua peregrinatur.*

Quando le hablan desta cosa, haze semblante de pensar en otras cosas.

*Cum de hæc re conuenitur, alias res agere se simulat.*

Esto te seruire, y aprouechara bien.

*Hoc tibi plurimum conducet.*

*Poterit hoc tibi esse usui.*

*Hæc res non paruum tibi cõferet.*

Esto



Esto no me sirue, ni aprouecha de nada.

Hoc nihil mihi conducit.

Est mihi inútile.

Nulli est mihi usui.

Nihil confert mihi.

Esto es fuera de nuestro proposito.

Hoc à nostro proposito aliènum est.

Hoc ad rem non pèrtinet.

Hoc propósito nihil conducit.

Hoc nihil ad nostrum institutum. sub. Facit, uel pèrtinet.

Hoc nihil ad rem facit.

Nihil hoc pèrtinet ad nostrum negotium.

Quod dicis, nihil huc attinet.

Propositum: Id est, Res proposita, res de qua agitur. La cosa que han propuesto por hablar, y disputar juntamente.

Institutum est, id est, Propositum.

Esto no haze nada al caso.

Nihil ad rem attinet.) sub. Id, uel istud quod dicis.

Todo lo que dizes, no es a proposito.

Quicquid dicis, nihil ad rem pèrtinet.

Quod dicis, nihil ad rem.) sub. Pèrtinet.

Esto no es a proposito a esta cosa, o en este lugar, y passo.

Huc non pèrtinet.

Ad hanc rem nihil spectat.

Ad hunc locum non attinet.

Vas fuera de proposito

Digrèderis à proposito.

Aberras ab incepto sermone.

*Ab instituto sermone deerrat oratio tua.*) Instituto, id est incepto.

*Aberrat ab instituto, uel à proposito.*

*Aberrat oratio tua.*

*Extra ordinem excurrens. Metaphora à militibus.*

Aquello no aprouechara nada a tu pleyto.

*Illud tue cause nihil proderit.*

*Ad tuam causam nihil id pertinet.*

*Nihil ad tuam causam.*) sub. id pertinet.

*A tua causa istud alienum est.*) istud: Quod scilicet dicis.

*Cause tue nihil id conducet.*

*Hoc minime conferet cause tue.*

Esto me vendra a proposito.

*Hoc mihi in usum cedit.* Ex Horatio.

Porque trabajas en aquello, que sabes que no te aprouechara nada?

*Cur in eo laboras, quod satis scis, nihil omnino ad te pertinere?*) Hoc est, Quod scis nihil tibi profuturum esse.

*Pertinet hoc ad me.*) id est, Ad meam utilitatem. Esto es a mi prouecho.

*Varietas. Nihil omnino ad te pertinere,*

*Nihil omnino tua interesse.*

Yo no soy culpable desto.

*Hoc crimen nihil ad me pertinet.* Cicero.

*Non sum affinis huic crimini.* Cicero.

Yo no soy consentidor desto. Este caso no me toca nada.

*Non sum huius criminis particeps.*

SPER

# SPERANDI, ET desperandi.

## CAPVT LII.

Yo espero aun. Aun ay esperança.

*Adhuc spes est, ) sub. Mibi eius rei.*

*Adhuc eam rem spero.*

*Nondum despondi animum. ) Hoc est, Nondum spem ab-  
icci.*

Ya despero. No ay mas esperança.

*Iam despero.*

*Iam despondi animum.*

*Nihil spei reliquum est.*

*Res est deplorata.*

*Desperata res est.*

*Actum est. ) sub. De re illa.*

Yo espero, que me vendra esta cosa como desseo.

*Spero hanc rem mihi euenturam ex sententia.*

*Spero hoc mihi bene processurum.*

*Hoc mihi successurum confido.*

Yo espero de mejor en mejor.

*Spero in dies meliora.*

Yo veo bien, que yo he perdido toda mi espe-  
rança.

*Ego, quantum uideo, omni spe excidi. Ex Terentio.*

*Omni spe, satis scio, frustratus sum.*

*Per spicue uideo me omni spe falsum esse.*

*Ego, quantum uideo, omni spe decidi. Ex Terentio.*

*Omni expectatione, sat scio, frustratus sum.*

*Abijt mihi spes omnis. uel,*



*Mibi spes omnis adempta est.) Hoc est, Spem omnem abiici.*

Yo he perdido toda mi esperança.

Ha perdido su esperar.

*Abijt expectatione sua.*

La cosa es venida a tal punto, que sea ya agora el remedio tarde.

*In eum locum res adducta est, ut nunc serum sit remedium.*

A se puesto de tal arte, que no tiene mas animo ni coraçon.

*Ita sese parant, ut nullus in eo reliquus sit animus.*

*In tantam deuēnit inertiam, ut omnino fracto sit animo.*

*Ita deiectus est, ut nihil ei restet animi.*

Que quieres que se haga?

*Quid faciant?) Hoc dici solet de re malè gesta: quæ iam corrigi non potest, quasi quis dicat, Nullum est remedium. Et est modus potentialis, pro eo quod uulgo dicitur.*

*Quid fieri possit ad hoc?*

No tengo mas esperança.

*Eius rei nulla mihi spes reliqua est.*

*De hoc mihi spei reliquum est nihil.) Id est, Nulla spes mihi restat.*

*De hac re planè despero.*

No es menester, que de mi esperes el ayuda, y socorro.

*Non est quod à me speres auxilium.*

*A me auxilium ne expectaueris.*

*Noli à me prestidium expectare.*

*A nobis frustra opem speres.*

*Varietas. Auxilium, Adiuuentum.*

## STVDII, LABO-

ris, Industria.

## CAPVT LIII.

Yo apriendo de coro a Virgilio todo por orden.

*Virgilianum carmen continenter edisco.*

*Ex ordine Virgilianum memoria mando. ) Ex ordine: id est continenter, & sine ullo intervallo. Todo continuo, sin dexar nada entre medio.*

A. Que hazes tu? B. Yo estudio mi testo de coro.

A. *Quid agis? B. Edisco praelectionem.*

Aun no he acabado de aprender mi licion.

*Nondum plane edidici praelectionem. ) Plane, id est, Omnia no.*

*Praelectionem nondum perdidici.*

Volo describere praelectionem. Yo quiero descriuir mi licion.

*Habesne totam praelectionem. Tienes toda tu licion?*

*Dicta mihi praelectionem. Di me tu licion.*

Budeo mostro en Griego a Maino.

*Budeus Mainum Graece docuit.*

*Mainus Budeum Graece audiuit.*

*Mainus Budeum habuit in Graecis literis praeceptorem.*

Apriende bien. Apriende facilmente.

*Probe discit.*

*Facile perspicit.*

*Facillime discit.*

*Promptus est ad discendum.*

Discere

**Discere, Aprender.**

**Ediscere, Aprender de memoria, o de coro.**

**Perdiscere, Aprender todo a la larga.**

**Addiscere, Aprender alguna cosa de mas de lo que sabia.**

**Disce puer dum licet.** Apriende moço entre tanto que tienes tiempo.

En vna hora toma de cabeça quaranta versos de Virgilio.

*Ille unica hora quadraginta uersus Virgilianos ediscit.*

*Budeus, quamuis omnium doctissimus, semper aliquid addiscit.*

Toma bien, y tiene buena memoria.

**Facile percipit.**

**Fideliter continet.**

Tiene muy prompto ingenio, y facil memoria.

*Promptissimo est ingenio, facili que memoria.*

*Varietas, Facili memoria, Fideli, Pertinaci, Tenaci.*

Apriende de buen animo, y coraçon, y voluntad.

**Studiosè discit.** Ex Terentio.

**Ex animo discit.**

Aprouecha mucho en el estudio.

*Magnos in literis progressus facit.*

Cosa de marauillar es quanto aprouecha.

*Mirum est, quantum proficiat.*

*Mirum in modum proficit.*

*Varietas, Proficit, Promouet.*

Apriende de coro todo lo que vee, todo lo que lee.

*Quicquid legit, memoriæ mandat.*

*Que legendo percurrit, ediscit omnia.*

*Quecunque*



*Quaecunque legit, statim memoria tenet.*

Oyo a Erasmo.

Erasmo dedit operam.

Audiuit Erasmus.

Vsus est Erasmo praeceptore.

Auditor fuit Erasmi.

Fuit erasmi discipulus.

En Latin oyo a Siluio, y en Griego a Danesio.

Latine dedit operam Syluio: Graecè Danesio.

Syluium Latine audiuit: Graecè Danesium.

Doctores habuit, Latine quidè Syluii: Graecè uerò Danesii.

No estudia tambien como solia.

Remisit studium.

Refrixit eius studium.

In studio literario nunc est remissior.

Refrixit in suis studijs.

Nunc in studijs est frigidior.

Varietas, Frigidior, Languidior, Remissior, Et apud Terentium, Omissior.

Dexo tu studio por algun tiempo.

Intermisit studium.

Agora estudia mas que no solia.

Intendit studium.

Longè studiosior est quàm antea.

In studijs nunc longè est feruentior. ) sub. Quàm solebat.

Nunc studet attentius, feruentius, diligentius.

Nunc est ad literas attentior.

Studiosus, Vn grande estudiante, que estudia mucho.

Esta decaydo.

Omissio est prorsus animo. ) Omissio: Id est, Remisso. Terentius.

Omissus.

*Omissus, hic nomen est: unde comparatiuum omisior.*

*Omnino remissus est.*

Todo estoy enhadado.

*Totus tædio confectus sum.*

Yo muero de enhadamiento.

*Conficior tædio.*

No me puedo poner a estudiar.

*Non possum me studio gnauiter accingere.*

Todo estoy decaydo, no me puedo poner a hazer nada.

*Omnino sum remissus à labore.*

*Omnino torpeo.*

*Animo prorsus elangueo.*

*Mihi animus prorsus elanguescit.*

*Animi languore penè deficio.) id est, Ob languorem.*

Mucho a aprouechado, despues que esta en este colegio.

*Multum profecit, ex quo est in hoc gymnasio.*

*Ex quo tempore se contulit in hoc gymnasium, plurimum promouit.*

*Maximum fecit profectum, postquam uersari cepit in hac schola.*

Vino a estudiar de vn buen desseo, y animo.

*Auidè quidem literas arripuit. Ex Cicerone.*

*Literas studiosè amplexus est.*

*Magno studio ad literas animum appulit.*

*Ad studium literarium se totum contulit. Ex Cicerone.*

*Varietas. Animum appulit, Adiunxit, Adiecit, Applicuit.*

*Ex Terentio.*

Deliberemo nos de estudiar.

*Accingamus nos studio.*

Trabajemos

Trabajemos fuertemente, y rezio.

*Gnauiter accingamus nos operi.*

*Studere gnauiter*, *Studere diligenter*; id est, Non pigre, non remisse, non segniter. Estudiar diligentemente, y de coraçon, no perezosamente, y floxamente.

Siempre estudia. No haze otra cosa que estudiar.

*Semper studet.*

*Perpetuo studet.*

*Totus est occupatus in studio.*

*Nihil aliud quam studet.*

*Nihil aliud nisi studet.*

*Noctes & dies libris inheret.*

*Dies noctesque uacat literis.*

*Totus est in studio.*

*Nunquam non studet.* id est, *Semper studet.*

*Assiduus est in literarum studio.*

*Nunquam studium nec intermittit, nec remittit.*

*Nulla est illi studiorum satietas.*

*Nullum studij tempus remittit.*

*Semper in literis uersatur.*

*Nullum facit studendi finem.*

*Nocturna diurnaque manu libros euoluit.* id est, *Dies & noctes.*

*Æt.* Ex Horatio.

Nunca dexa de estudiar en tiempo ninguno.

Nullu unquam tempore studium remittit.

Fuerte, y reziamente estudia.

*Constanter studet.*

*Pertinaciter studet.*

*Seneca, Quod pertinaciter studes, & probo, & gaudeo.*

Ama



Amo tanto las letras que se arde, esta muy encendido en el amor de las letras.

*Flagrat amore literarum.*) Hoc est, *Literarum amore uehementer inflammatus est.*

No toma ninguna recreacion.

*Nunquam animo relaxatur.* Cicero.

*Nullo utitur animi laxamento.*

Nunca dexa de las manos a Ciceron.

*Ciceronem de manibus ponere non solet.*) id est, *Deponere.*

Ex ipso Cicerone.

*Nunquam de manibus Ciceronem ponit.*

*Semper habet in manibus Ciceronem.*

*Vix illum inuenias absque ullo Ciceronis opere.*

*Ciceronem semper in sinu gestat.* Siempre trae vn Ciceron en su seno.

Por amor de estudiar ha dexado los negocios, y cosas del mundo.

*Discendi studio à rebus gerendis abductus est.*

*Relicta actiuosa uita, totum se ad literas contulit.*

*Actiuosa uita.* La vida actiua, y de negocios. *Utitur Valerius.*) *Vulgus dicit, Vita actiua.*

A muy bien ido a delante en el estudio.

*Miro successu prouectus est.*

*Prouehor, prouerberis, prouectus sum.*

*Felicissime euasit.*

Es de maraillar como vino tan bien a lo que deseaua.

*Mirum quam feliciter, quò uoluit, peruenit.*

Por su estudio, y trabajo se escapo, que es escapar de pobreza, y venir a algun bien.

*Euasit suo studio, atque industria.*

Suo labore tandem emerſit.

*Iuuenalis, Haec facile emergunt, quorum uirtutibus obſtat  
Res anguſta domi.*

Con mucho trabajo alcan o nombre, y fama.

*Exiſtimationem habet multo ſudore collectam. Cicero.*

*Varietas. Multo ſudore, plurimo labore, multis uigilijs.*

*Sudor, ſudoris, proprie. El ſudor. ſed pro labore per  
metaphoram ponitur.*

*Varietas. Collectam, Partam, Comparatam.*

Sobrepujo, y vencio toda la dificultad.

*Superauit omnium rerum difficultatem.*

*Ad rerum ſuarum apicem peruēnit.*

*Per quālibet difficultatem euasit ad fortunę ſaſtigiam.*

*Ad ſummam rerum, ſua induſtria peruēnit.*

*Pertinaci labore ſuperauit omnem fortunam.*

*Per quālibet difficultatem. Por qualquier trabajo.*

Roseto ſiempre compone alguna cola.

*Rosetus ſemper aliqua noua commentatur.*

*Nunquam uacat Roseti animus aliqua noua commentatione.*

No dexa paſſar vn dia ſin componer alguna co-  
ſa.

*Nullum intermiſſit diem, quin aliquid ſcribat.*

*Nulla die uacat à ſcribendo.*

Compone todos los dias por aguzar el inge-  
nio.

*Acuendi ingenij cauſa quotidie ſcribit.*

Eſcriue letra Romana.

*More Romano ſcribit.*

*Genuino Latinorum more literas effingit.*

*Verè Romanos caractères exprimūt.) Caractères: id eſt,  
Formas.*

Hic character, characteris.

Escribe bien en letra grande.

Bene pingit crassiores literarian characteres.

Scribis minutissimi. Tu escribes bien menudo,

Yo escrevi esto, y tome de mi preceptor.

Hoc excepi a didascalo, vel sub didascalo.

Excepi hoc, discante preceptore.

Yo te hare hablar Latin, yo te acostumbrare a hablar Latin.

Assuefaciam te Latine loqui,

Faciam ut Latina tibi sit in promptu oratio.

Latino sermone te diligenter exercēbo.

Yo te acostumbrare, o aprender a hablar Latin.

Latinae linguae usum te docebo,

Varietas. Assuefaciam, Consuefaciam.

Acostumbra te a hablar Latin,

Assuesce Latino sermoni.

Acostumbremo nos hablar Latin juntamente.

Consuefaciamus Latine loqui.

## T E M P O R I S.

### C A P V T L I I I I.

Yo te espero a qui para el mes de Enero.

Ad mensē Ianuariū te hic exspecto. ) Hoc est, Spero te hic affuturum in mense Ianuario.

Yo te espero en esta ciudad, para Pascua.

Ad Liberalia te in hac urbe exspecto.

Pluraliter tantum Liberalia, liberalium, aut liberaliorum, liberalibus. La pascua de resurreccion.

Sic



Sic *Hilaria*, Las carnestollendas.

*Cineralia*, El dia de la Ceniza.

*Regalia*, El dia de los Reyes.

De aqui a vn hora te dare la cosa acabada.

Ad horam tibi rem confectam dabo. ) Id est, Hinc ad horam.

A dos horas me hallare en tu camara.

Ad horam secundam adero in cubiculo tuo.

*Varietas*. Ad horam secundam, Hora secunda.

Ven a mi mañana a qualquiera hora que quieras.

*Cras* ad me uenito quavis hora.

*Varietas*. Quavis, Quilibet.

Ven a mi de aqui a tres horas.

Venito ad me ad tres horas. ) sub. Hinc : ut sit, Venito ad me hinc ad tres horas.

Cuenta las horas.

Diminera horas.

Computare, uidetur proprie referendum ad rationes pecuniarias. unde *Iuuenalis*,

Sed ciam summus honos finito computet anno.

*Sportula* quid referat: quantum rationibus addat.

Idem tamen ad numerum simpliciter retulit: cum ait.

Facies tua computet annos. Sed hoc poeticum est.

Son passadas onze horas.

Est supra undeciman. ) Est: sub. Hora.

Præterijt undecima.

Transijt undecima.

Exacta est undecima.

Iam effluxit undecima.

Exacta est hora. La hora es passada.

*Exacta est semihora.* La media hora es passada.

No son aun nueue horas, mas no se falta mucho.

*Nondum est hora nona, sed paululum interest.*

*Fere est hora nona.* Casi son las nueue.

*Cicero, Cion hora dici fere decima ad saxa rubra uenisset.*

*Hora est circiter nona.*

*Nona parumper abest.*

*Instat nona.* Es cerca de nueue horas.

Ya son dadas nueue horas.

*Sonuit nona.) Sic loquitur Erasmus. Alij sic,*

*Audita est nona.) sub. semper Hora.*

Ha mucho que dio las nueue.

*Dudum audita est nona.*

*Dudum sonuit nona.*

Ya a buen rato que las nueue son dadas.

*Dudum praterita est nona.*

A. Quanto ha que dio las ocho? n. Agora.

A. *Quantandum audita est octaua?*

n. *Modo audita est.*

*Modo praterijt.*

*Modo praterita est.* Agora poco ha.

*Modo sonuit.*

*Dudum.* Ya ha buen rato.

No ha mucho.

*Haud dudum, uel,*

*Non ita dudum.*

Ya ha vn hora que tu estas ay.

*Iam istic horam fuisti.*

*Est hora, cion te istinc non mouisti.*

*Istinc, De a donde tu estas.*

*Iam istic horam desides.*

Ex quo tu istuc moraris, hora præterijt.

Abijt hora, postquam istam sedem non mutasti.

Effluxit hora spatium, ex quo manes in ista sede.

Yo estuue alli tres dias arreo, o continuos, sin irme.

Triduum continuum illic fui. *Plantus.*) Continuum: id est, sine intermissione.

Fuit illic duas horas. Estuuo alli dos horas.

Tres horas una sumus. Estuuiamos juntos tres horas.

Ita sepe loquitur Cicero.

Yo he estado aqui media hora para esperar te.

Hic semihoran fui te expectans.

Hic hora dimidium te expectavi.

Varietas. Te expectans, Te expectando, Dum te expecto, Dum te operior.

Varietas. Semihoran, Dimidium hora, Horam dimidiatam, Dimidiam partem hora.

Sic dimidium diei, mensis, anni: aut dimidiatus dies, mensis, annus.

At dimidia hora, dimidius mensis, dimidius annus non dicuntur, neque hora cum dimidia, & similia.

Quando yo vine era vna hora y media.

Cum adveni, erat hora prima cum dimidiata.

Yo te he esperado vna hora y media.

Sesquihorante expectavi.

Sesquihora, Vna hora y media.

Sesquimensis, Mes y medio.

Sesquiannus, Año y medio.

Sesquipies, Pie y medio.

Baculus sesquipedalis. Vn palo de pie, y medio.

Mas ha de siete meses, que no ha venido aca nin-



guno a me ver.

*Menses plus septem exacti sunt, cum huc nemo uenit, ut me uiseret.*

*Septem sunt menses, aut plus eo, cum huc me nemo inuifit.*

*Varietas. Inuifit, Visum uenit, Visit.*

Ya ha tres años que aquel murio.

*Anni tres exacti sunt, cum ille mortuus est. Cùm: id est, Ex quo.*

Este es el tercero año des pues que el es muerto.

*A morte illius hic tertius est annus.*

Este es el segundo año, que yo moro en Paris.

*Annus agitur secundus, ex quo sum Lutetiae.*

Este es ya, el quarto año, que aqui moro.

*Iam hic annum quartum ago.*

Mi hermano tiene bien veynte y cinco años, o mas.

*Frater meus uiginti quinque annos, aut plus eo, natus est. id est, Viginti quinque, aut plures.*

*Terentius. Annos sexaginta natus es, aut plus eo, id est, Aut etiam amplius eo tempore.*

*Varietas. Natus est uiginti quinque annos, Natus est annos quinque & uiginti, Annum agit uigesimum quintum, Agit annum quintum & uigesimum.*

*Varietas. Aut plus eo, Aut eo amplius, Aut plures.*

Yo ouiera hecho esto ha dos dias, mas agora ya no es tiempo.

*Illud ante duos dies efficere potuiffem, nunc autem mihi non est integrum.*

Despues de veynte años aca, no se ha visto tal cosa.

*Intra annos uiginti, nihil tale uisum est.*

*Varietas.*

*Varietas.* Intra uiginti annos, Post uiginti annos. Abbinc uiginti annis, Abbinc uiginti annos.

En el tiempo de las disputas.

*Disputatiōnem tempore.*

*In disputationibus.*

Al tiempo de la missa beuia con sus compañeros.

*Tempore sacri potabat cum sodalibus.*

*Varietas.* Tempore sacri, Dum sacris uacabatur.

*Varietas.* Potabat, Perpotabat.

*Cicero,* Perpotauit ad uesperam. id est, vsque ad uesperam. No ha dexado de beuer, y borrachear hasta la tarde.

En la comida no ha hecho que charleat y hablar.

*Inter prandendum semper fabulatus est.*

*In prandio nihil aliud, quā garruiuit.*

Al tiempo del comer ta fuisse buscado.

*Dum prandebatur, tu quæsitus es.*

*Varietas.* Dum prandebatur, Tempore prandij, Hora prandij, Inter prandium.

*Dum,* Entre tanto que.

*Quintilianus libro primo.* Non assuescat ergo, ne dum infans quidem est, sermoni qui dediscendus sit. Ni aun entre tanto que es aun niño.

Entre tanto que cenan no se haze ruydo en nuestra casa.

*Dum cenatur, silentium fit domi nostræ.*

*Varietas.* Silentium fit, Silêtur, Tacêtur, Silent omnes, Tacent omnes, Conticêtur, Todos callan.

Aquello duro desde la mañana hasta la noche.

*Illud à matutino tempore durauit in occasum.* id est, Perseuerauit. *EX PLINIO.*

## T E N E R E.

## C A P V T L V.

Yo te tengo agora, si yo te quisiessse dar vn boffeton, que harias?

*Ego te nunc teneo. Quid si tibi còlapsum incuterem? Quid faceres?*

Que seria si nunca tornasse? que es, tu serias marauillado, si no boluiessse jamas.

*Quid si nunquam redierit?*

Que seria si prouasses?

*Quid si tentares?*

*Quid si tentes? sub. Hoc, uel illud.*

Que seria si el maestro sobreuiessse agora?

*Quid si preceptor nunc interueniat?*

Yo le resisti mucho.

*Fortiter illi restiti.*

*Acerrimè illi repugnau.*

*Restiti illi, quoad potui.*

Yo le resisti, y contradixi tanto quanto pude.

*Illi, quantum potui repugnau.*

*Resisto, resistis, restiti. Virgilius poeticè dixit.*

*Ibo animus contra: pro, Fortiter illi resistam.* Yo me pe-  
gare, y combatiere bien contra el.

Muestra te, y haz te terrible y espantoso, el se  
guardera de poner manos en ti.

*Præsta te ferocem ac terribilem, cauebit ille tibi manus  
inferre.*

Con osadia le resiste, y no te osara acometer.

*Audacter illi resiste, nunquam te adorietur.*

Occurre



Occurre illi confidenter: ille abs te manus abstinēbit.

Varietas. *Præsta te ferocem, Fac ferociam præ te ferus.*

Oiada, y confiadamente se vuo contra el.

Confidenter illi contra astitit.

Varietas. *Contra astitit, Contra constitit.*

Contra consistere. Estar firme contra otro.

Contra illi constitit.

Habla con grauedad, y soberuia.

Arroganter loquitur.

Cum arrogantia loquitur.

Verba effundit ampullosa.

Vt magnifice loquitur.

Ampullosa: id est, Turgida & inflata. Nam ampulla, vas est tu-  
mido & eminenti ventre: cuiusmodi videmus esse cucur-  
bitas. Es vn vaso que tiene el vientre ancho como  
son las calabazas, y redomas en que tienen aguas  
distilladas.

Anda con grauedad, y aparato, y vana gloria.

Cum fastu incēdit.

Vt sese ostentat!

Vt sese circumfert!

Pauonem gressu repræsentat.

Incēdit pauone superbius.

Trae semblante de muy graue hombre.

Magnam præ se fert grauitatem.

Hic pauo, & hic pauus, Vn pauon.

No quedara por mi.

Nihil erit in me mora. ) id est, Negotium per me non tarda-  
bitur.

El negocio no se tardara por mi.

Nulla erit in me mora.

*Per me non stabit.*

*Per me nihil moræ fiet.*

*Non ero in mora.*

No fue por mi causa que esso no se aya hecho.

*Per me non stetit, quò minus id fieret.*

*Varietas. Per me non stetit, Non impedini, Non óbstiti, Non prohibui, Non fui impedimento.*

Ya por mi no queda.

*Iam per me nulla mora est.) Id est, Per me non stat. Subandi.*

*Quin id fiat. Ex Terentio.*

Yo me tengo ya como defechado de la petición.

*Périnde accipio, quasi iam denegárit.) sub. Ille à quo peto.*

*Iam mihi repulsus uideor à petitione.*

*Rem petitam iam habeo pro denegata.) id est, Quasi iam sit mihi denegata.*

No quedo sino por ti que esto no aya sido hecho, y cumplido.

*Huic rei minus obstitisti.) id est, Solus.*

*Per te unum stetit, quò minus hoc effectum sit. Hoc negotium solus impedisti.*

No estuuo ni quedo por mi que tu no ayas ganando.) *Hoc in ludo solet dici.*

*Quò minus uiceris, per me non stetit.*

*Non prohibui te uictoris.*

*Victoriæ tuæ non fui impedimento.*

*Non impedini tuam uictoriam.*

*Non amifisti culpam eam uictoriam.*

En ninguna causa quedara por mi, que tu no hasgas tu prouecho.

*Tuum commodum nusquam remorabor.) Nusquam: id est, Nal la in re.*

*Utilitati*

*Vtilitati tuæ non aduersabor.*

*Non obstitam tuis commodis.*

*Tu me deus esto.*

*Istud mihi ferre acceptum debes.*

*Debes istud mihi.*

*Yo te enseñe esso, de mi tomaste esso.*

*Docui te istud.*

*A me istud accepisti.*

*Ex me didicisti. uel, A me.*

*Yo acompaÑe mi padre hasta la posada.*

*Patrem deduxi usque ad diuersorium.*

*Varietas. Deduxi, Affiliatus sum, Comitatus sum.*

*Ven conmigo por mi acompaÑar.*

*Veni me affilationem.*

*Esta aposentado en el meson.*

*Diuersatur in taberna meritoria. Valla.*

*Diuersorium habet in caupona.*

*A. Vbi est pater tuus? B. In suo diuersorio. En su meson.*

*A donde esta aposentado?*

*Vbi diuersatur?*

*Vbi habet diuersorium?*

*En casa de vn huésped, y amigo, donde no paga nada.*

*Est in hospitio. uel,*

*Est apud hóspitem.*

*Cicero, Ex hac uita discedo, tanquam ex hospitio: non tanquam ex domo. Yo me voy deste mundo, como de vn meson, y no como de vna casa propia.*

*Esta aposentado en casa de vn amigo, adonde no le cuesta nada.*

*Apud*



*Apud hóspitem diuersatur.*

Esta aposentado con nosotros.

*Apud nos diuersatur. Ex Cicerone.*

Fuese a posar a casa de vn su amigo.

*Diuertit ad hóspitem.*

Mi padre tiene posada en Paris, adonde no le cuesta nada: tiene posada franca.

*Pater meus hóspitem habet Lutetiae. uel,*

*Hospitium habet Parisijs.*

*Hospes meus: id est, Qui me gratis recipit. uel, Quem ego recipio gratis.* El que me recibe sin dinero, o el que yo recibo sin dinero.

*Taberna, Propriamente vna botica de vn mercader.*

*Taberna meritoria: id est, Caupóna, Vna tauerna, o meson. Cicero tamen in Rhetóricis tabernam pro caupóna dixit absolutè. id est, Sine ullo epitheto.*

*Cauponula, Vna pequeña tauerna, como de aldea.*

*Cicero, Delituit in quadam cauponula.*

*Caupo: id est, Qui caupónam exercet. Tauernero, o mesonero.*

*Oenopóla, El que vende vino sin tener meson.*

*Oenopolium, Tauerna.*

*Vinarius, Mercader de vino.*

*Suetonius, Cùm de lanijs, aut uinarijs ageretur: exclamauit in curia.*

Mi padre es mesonero.

*Pater meus caupónam exercet.*

No me puedo contener que no hable, no puedo dexar de hablar.

*Me nequeo continere, quin loquar.*

*Contineri, quin loquar, non queo.*

No

No me puedo mas contener que no hable.

*Iam non possum loqui lam comprimere: uel, reprimere.*

*Iam nequeo contineri.*

No puedo dexar de reyr.

*Nequeo risum continere.*

*Nequeo risum cohibere.*

*A risu temperare non queo.*

*Non possum risu abstinere.*

*Varietas. Abstineo risu, Abstineo à risu, Abstineo me risu, Abstineo me a risu: & per genitiuum, Abstineo risum.*

*Continere risum.) Sic dicimus, Continere manum, Abstinere manum.*

Tenia vn niño entre las manos.

*Puerum infantem tenebat in manibus. Ex Cicerone.*

Aquel contracto no se guardara, o no sera firme.

*Contractus ille firmus non erit.*

*Pactum illud non erit ratum.*

*Non stabit illa conuentio.*

*Dissoluetur pactum.*

*Rescindetur contractus.*

*Contractus infirmabitur.*

No guardo su contracto.

*Non seruant pactum.*

Yo no aprouare aquella conuention.

*Pactum illud ratum non habebo.) Id est, non approbabo.*

Yo aprouare todo lo que en mi nombre hizieres.

*Ratum habebo, quicquid meo nomine feceris.*

*Ratificare non memini legere apud idoneos.*

Esta ya tenido por condenado. Ya le tienen por condenado.

*Est iam pro damnato.*

*Iam*

*Iam pro condemnato habetur.*

*Est iam pro mortuo. uel,*

*Iam pro mortuo habetur. Ya lo tienē pro muerto. Ex Cicerone.*

No tienen mas esperança del.

*Iam deploratus est.*

*Iam depositus habetur.*

Tu no me tuuiste tu palabra.

*Soluisti fidem.) subaudi Mibi.*

*Non stetisti promissis.*

*Promissa tua irrita fecisti.*

*Fidem mihi sefellisti. Ex Cicerone.*

*Non præstitisti mihi fidem.*

*In promissis fidem non seruasti.*

Tiene se por muy certo que el Rey ha de venir en breue.

*Pro certo habetur, regem uenturum esse propediem.*

*Varietas. Pro certo habetur, Pro certo creditur.*

*Varietas. Propediem, Paucis diebus. Intra paucos dies.*

Yo se eso ciertamente. De cierto lo se.

*Id certò scio.*

*Satis id certò scio.*

Esto esta tan hincado, que no se puede arrancar.

*Hoc ita hæret, ut euelli non possit.*

*Hoc adeò infixum est, ut refigi nequeat.*

*Varietas. Euelli, Renelli, Refigi.*

Su maestro le tiene tan sujeto, que a gran pena oña hablar.

*Præceptor tam arcto eum premit imperio, ut uix hiscere audeat.) Hiscere: id est, Os ad loquendum aperire.*

*Varietas. Ut uix hiscere audeat, Ut ne mutire quidem audeat.*



ausit.

Su padre le tiene bien sujeto.

*Pater illum seuerissimo coercet imperio.*

Imperio premit eum.

Tiene le con mucho rigor, o vsa con el de mucho rigor.

*Durissimus agit cum eo legibus.*

*Exercet in eum imperia plus quam Manliana.* ) Proverbium

à Manlio, qui filium securi percussit, quod contra ipsius imperium cum hostibus pugnavisset.

Tiene le muy sujeto.

*Durius agit cum illo. uel.*

*Eum nimis imperio premit.*

Tratale asperamente.

*Duriter eum tractat.*

Tratale muy mal.

*Tractat illum durius.* ) *sub. Quam equum sit.*

Tratale vn poco mal, y rezio.

*Duriusculè tractat eum.*

Tenia al pueblo en seruidumbre, que es, en muy grande subjecion.

*Servitio premebat populum. Hoc ex Virgilio.*

Toma lo que te deuo.

*Accipe à me tibi debitum.*

La mesa queria caer, mas yo la retuue.

*Mensa imminēbat casui, ego uerò eam retinui.*

*Varietas, imminēbat casui, Casum minēbatur. Propè erat, ut eaderet. Mensæ casus imminēbat, uel impendebat.*

VITVP

## VITUPERANDI.

## CAPVT LVI.

Yo no soy nada.

*Ego omnino nihil sum.*

Yo no soy nada en comparacion de aquel.

*Ego prae illo nihil sum.*

*Ne minimo quidem sum ad illum comparandus.*

*Nulla re sum cum illo conferendus.*

En todas las cosas me subrepuja.

*Omnibus rebus est me superior. uel,*

*Me uincit rebus omnibus.*

No es nada Lucano en comparacion de Virgilio.

*Prae Virgilio nihil est Lucanus. id est, Virgilij comparatione. aut,*

*Lucanus nihil ad Virgilium. sub. Est.*

*Nihil est Lucanus ad Virgilij comparationem. Ex declamationibus Quintiliani.*

Este no es para comparar con el otro.

*Hic non est cum altero conferendus. Ex Cicerone,*

Nunca fue estimado. Nunca ouo fama del.

*Nunquam de illo fuit opinio. Ex Cicerone.*

*Nullius unquam fuit existimationis.*

*Nulla unquam nomine celebratus est.*

*Nulla fama clarius unquam fuit.*

Siempre biuio sin ser conocido, sin tener nombre.

*Semper uixit ignobilis.*

*Varietas. Ignobilis, Obscurus.*

*Semper obscurus uixit,*

*Semper*

*Semper in obscuro vitam egit.) id est, Nunquam prodijt in apertum.*

Es muy rezió, y difficil de contentar.

*Morósus est supra modum.*

*Est præter modum difficilis.*

Es tan rezió, que no puede sufrir nada de los otros.

*Adeò morosus est, ut ab alijs nihil pati queat.*

*Nihil ferre potest, tanta est morositate.*

*Neminem sustinere potest adeò morosus est.*

*Morósus.* Vn hombre rezió, y difficil a seruir, que no halla nada hecho a su contentamiento.

*Difficilis, idem quod morosus.*

*Horatius.* *Difficilem & morosum offendet gárrulus ultro.*

No ay hombre que le pueda sufrir, no ay quien pueda sufrir sus costumbres.

*Mores eius nemo ferre potest.) id est, Morositatem eius.*

*Terentius,* *Tuos esse illi mores morbum magis, quam ullam aliam rem arbitror.* Yo creo que tus costumbres le son mas enfermedad, que no otra cosa.

Es tan soberaio, que no puede sufrir a nadie.

*Tan superbus est, ut neminem ferre possit.*

*Adeò est elatus, ut nemo cum illo uersari queat.*

*Tanta est illi superbia, ut nemo possit ei conuiuere.*

*Fastidiosus est.*

A todos menosprecia.

*Neminem non fastidit.) id est, Omnes contemnit.*

Es hombre difficil, y importano.

*Homo est difficilis, atque importunus.*

Nuestro maestro es tan inhumano, que no tiene piedad de nadie.



*Tam seuerus est præceptor noster, ut eum nullius misereat.*

*Nullius eum miseret: adeo est ferus, & inhumanius.*

*Est adeo durus, ut nullius precibus emolliri possit. ) id est.*  
*Inflexi, Mitigari.*

*Tanta est inhumanitate, ut nemini parcat.*

*Tanta est austeritate, ut eum nullius miserescat.*

*Omnino est inexorabilis.*

*No le pueden aplacar, ni hablandar, ni por misericordia, ni por ruegos.*

*Neque misericordia, neque precibus molliri potest. Ex Terentio.*

*Nec prece, nec pretio flecti potest. ) Quod postremum optime quadrabit iudici constantissimo & incorruptissimo.*

*No puede estar, ni biuir con ninguno.*

*Nemini potest conuiuere.*

*No puede en ninguna manera sufrir a nadie.*

*Omnino neminem ferre potest.*

*Ne unum quidem pati potest.*

*Nequit ferre quempiam.*

*No sufre compañía.*

*Impatiens est societatis.*

*No ay hombre que no diga, y sienta mal del.*

*Nemo est, quin de illo male sentiat. uel,*

*Quæ illum pessimum dicat.*

*Omnibus habetur pessimus. ) id est. Ab omnibus.*

*Es tan malo y vellaco. que todo el mundo le aborrece.*

*Tam prauo est ingenio, ut omnibus sit odiosus.*

*Adeo malis est moribus, ut omnibus odio sit.*

*Sua malignitate omnibus est inuisus.*

Es

Es de tal condicion, que todo el mundo le aborresce.

*Sic est ingenio ut omnes illum oderint.*) *Sic est ingenio: id est. Tali est ingenio.*

*Sua malignitate nemini non est inuisus.*

Su maestro le sufre demasiado.

*Præceptor illi nimium obsequatur.*

*Plus satis indulget illi.*

*Est illi indulgentior.*

*Habet eum indulgentius.*) *id est, tractat eum nimis indulgenter.*

Los padres gastan los hijos por muchos regalos.

*Nimia patrum indulgentia filios corrumpit.*

*Mantuanus, Blanda patrum segnes facit indulgentia natos.*

*Varietas. Indulgentia, Facilitas, Nimia lenitas.*

Tu no eres digno que te castiguen.

*Indignus es animaduersione.*

*Indignus es castigatione.*

No es digno de ser saludado.

*Non est dignus salute.*

*Indignus est salutatione.*

*Indignus est, qui salutetur.*

Ha gastado innumerable dinero.

*Innumerablem pecuniam dissipauit. Cicero.*

Por su vellaqueria a puestto su padre en pobreza.

*Per flagitium ad inopiam redēgit patrem. Ex Terentio.*

*Flagitium proprie dicitur in rebus ueneris.*

*Flagitiosus, El que es dado todo a ruffianerias, y vellaquerias.*

Es mal casero, es de mal gouernamiento.

*Malè gerit rem familiarem.*

*Malè administrat rem domesticam.*

*Rem suam negligit.*

Es vn maluado.

*Est homo nequam.*

*Plinius, Inde illa reliqua oracula, Nequam agricolam esse, quisquis emeret quod præstare ei fundus posset.*

Han le defendido, y vedado el gouernamiento de sus bienes.

*Interdictum est illi bonis.*

*Illi interdicta est rei familiaris administratio.*

*Remotus est à re familiari. Ex Cicerone.*

*Bonorum administratione illi interdictum est.*

Es muy infame, o desfamado, y deshorrado.

*In summa est infamia.*

A su amo otorga todo.

*Hero omnia solet assentari. ) Herus meus: id est, Dominus,*

A quien yo siruo.

*Assentari, Lisonjear a otro.*

*Assentator, Lisonjeador.*

*Parasitus, idem.*

*Assentatio, Lisonjeria.*

Es tan mudable de propósitos como los mochachos.

*Ille est itidem, ut pueri, leui sententia. ) Itidem ut pueri, id est,*

*Similiter ut pueri: sub. Sunt leui sententia.*

Muda muchas vezes propósitos.

*Alternat sententijs.*

Agora dize esto, agora es otro.

*Tum hoc, tum illud dicit.*

De hora en hora, o muy muchas vezes.

*Commutat*



*Commutat in horas sententiam.*

*Puerorum more in horas mutatur.*

*Horatius de pueritiæ moribus. Mutatur in horas: id est, Sæpissime.*

Aquel moço muda muchas vezes anno.

*Seruus ille sepe mutat dominum. Ex Catone.*

Va de lugar en lugar, como las aues.

*Animum more sedem ex sede mutat.*

Alcanço aquello con su hypoeresia.

*Simulatae religionis specie id adeptus est.*

*Nomine fictæ religionis illud est consecutus.) Ficta religio.*

Hypoeresia.

Haziendo del religioso, y hypoerita, vino a ser obispo.

*Specie quadam uirtutis a simulatae factus est episcopus.*

*Obrepsit ad episcopatum.*

*Obrêpo, obrêpis, obrepsi, obreptum, obrêpere.* Venir a alguna dignidad, haziendo del bueno y simple.

*Ex Budeo.*

Es parlero. No calla nada.

*Est homo zarrulus.*

*Est futilis homo.*

*Nihil tacet.*

*Nihil continet.*

Todo lo dize, y descubre.

*Omnia palam facit.*

*Plenus est rimarum.*

*Est tanquam dolium pertusum.*

*Hæc atque illæ perfluit.* No encubre, ni retiene nada, no mas que vn vaso horadado, que por todas partes se sale. *Tres sunt metaphora: à nase pertuso.*

No se ofan fiar del en algun secreto.

*Nihil illi tutò creditur.*

*Commissa non retinet fideliter.*

Todo lo quiere saber. Es preguntador.

*Est percontator.*

*Omnia scire cupit.*

*Omnium scrutatur arcánium.*

*Horatius, Percontatorem fugito: nam garrulus idem est.*

*Nec retinent patule commissæ fideliter aures.*

De todas las cosas preguntas.

*De omnibus percontaris.*

A los que pasan no quita el bonete.

*Prætereuntibus non aperit caput.* ) *Prætereuntibus: id est,*

*In honorem prætereuntium.* Por hazer honrra, y acatamiento a los que pasan.

Nunca se leuanta delante los que pasan.

*Nunquam prætereuntibus assurgit.*

No se leuantaria ni aun al Papa.

*Nè summo quidem pontifici assurgat.* ) *id est, Assurgere uellet. Modus potentialis.*

*Sic, Ne regi quidem assurgat, &c.* No haria acatamiento aun al rey.

Este gordo reuienta de gordura.

*Obesus iste rumpitur pinguedine.* ) *Obesus: id est, Præpinguis: quasi ob edendum factus.*

*Pinguitudo, idem est quod pinguedo.*

Mira este relleno, tiene los carillos mas grandes que yo, dos vezes.

*Vide istum præpinguem: buccas habet me duplo ampliores.*

*Varietas. Ampliores, Maiores, Crasiores.*

Præp

*Præpinguis: id est, Valde pinguis.*

*Crassus, crassa, Crassum, Cosa gruessa o espessa.*

La pared de nuestra casa es espessa de quatro pies.

*Pariet nostræ domus est quatuor pedes crassus.*

*Homo crassus. Vn gruesso hombre.*

*Terentius, Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.*

Esta piedra es muy gruessa.

*Hic lapis est mira crassitudine.*

Hombre rustico.

*Hominem rusticum?*

*Hominem agrestem? ) In utroque subauditur O.*

*O Demea. ) Demea nomen iuri proprium in comœdia Terentiana: sed eo utimur, pro homine duro, agresti, & rusticis moribus.*

*O uentriose. ) Ventriosus est apud Plautum.*

O hombre cruel, y maluado que desnudo aquel pobre, y miserable, para que tuessse açotado?

*O impurum hominem, qui miseriam nudauit, ut cederetur.*

Es docto? sabe?

*Estne doctus?*

Es mas docto que nuestro cura.

*Doctior est nostro curione.*

Es bien docto?

*Estne bene doctus?*

No es muy docto.

*Non est admodum literarum peritus.*

*Literarum admodum nihil scit. Cicero.*

*Est parum literatus.*

Mas jaega que estudia.



*Plus ludo, quàm studio, tribuit.*

*Sæpius ludit, quàm studeat.*

*Plus temporis impendit lusui, quàm literis.*

*In ludo plus temporis, quàm in literarum studio ponit.*

A. Yo nunca estude de buena gana. B. Tanto vales menos.

A. Nunquàm ex animo literas amplexus sum. B. Tanto nequior.) *sub. Es.*

No tiene el coraçon en las letras.

*Non est illi animus in literis.*

*Varietas. In literis, Ad literas.*

Mi hermano de mayor edad que yo, nunca se quiso dar al estudio.

*Frater meus natu maior, nunquàm voluit animum ad literas appellere.*

*Varietas. Appellere, Appellere animum, Adiungere animum, Adiscere animum.*

*Varietas. Ad literas, Ad literarum studium, Ad studium literarium.*

O que tu eres rudo, y duro de ingenio?

O *durum caput?*

Mira que diferencia ay de ti, a tu hermano.

*Vide inter te & fratrem tuum quid intersit.) Vide: id est, Considera.*

O que tu eres desgraciado, y mal compuesto?

*Quoniam tu es inuenustus?*

*Quam tu es incompòsitus?*

No ay cosa mas fuera de proposito que esto.

*Hoc uno nihil est absurdius.*

*Illud est omnium absurdissimum.*

Tu pareces vn asno, eres semejante a vn asno.

*Asinus*

*Asinus uidêris.*

*Tu es áfino planè similis.*

*Asinum pulchrè mihi refers.*

*Non es áfino dissimilis.*

*Parum differs ab áfino, si tibi essent maiores auriculæ.*

Son tan semejantes que parelcan hermanos.

*Adeo sunt inter se similes, ut fratres esse uideantur.*

Aun que sean hermanos de padre, y madre, son bien desemejantes en condiciones.

*Quamuis illi sint fratres ex utroque parente, tamen longè dissimiles sunt moribus.) Longè, id est, Valde.*

Mi paño es bien otro que el tuyo.

*Pannus meus longè dissimilis est tuo.*

Paresee loco.

*Videtur desipiens.*

*Videtur delirare.*

*Similis est dementi, uel, dementis.*

*Stultus uidetur.*

*Cicero. Sic ista senilis stultitia, que deliratio appellari solet, senum leuium est: non omnium.*

Paresee que defatina y loquea.

*Desipere uidetur.*

*Est quasi desipiens. (Id est, Desipienti similis est.*

*Varietas. Desipere, Delirare.*

*Varietas. Quasi desipiens, Tanquam delirans, Veluti delirus.*

Los religiosos de nuestro tiempo son bien fuera de las costumbres santas y virtuosas de sus fundadores y patronos.

*Degenerant cœnobitæ á conditorum integritate. Paulus Aemilius.*

*Longius aberrant à maiorum institutis.*

*Deflexerunt de spatio curriculoque maiorum. Ex Cicerone.*

Aquel relox no va bien. Aquel relox nunca va bien, siempre engaña.

*Aberrat horologium.*

*Illud est fallax horologium.*

*Horologium, Qualquier relox.*

*Solarium, Vn quadrante o relox del sol.*

## VOLVPTATIS.

### CAPVT LVII.

Quando fere mayor, tendre mas poder de biuir mas libre.

*Vbi adolevero, liberius uiuendi mihi potestas erit.*

*Liberior futurus sum, cum fuero paulò etate prouectior.*

Si yo soy vna vez rico, yo biuire a mi plazer.

*Si quando abundare cepero, meo more uiuam.*

*Si unquam diues ero, meo modo uitam agam.) Meo more, & meo modo: id est, Arbitrio meo, A mi modo, y voluntad.*

El que sigue la corte, es forçado a biuir a la voluntad de otro.

*Alieno more uiuendum est ei, qui aulam sectatur.*

Tu tienes, y llevas buena vida en casa de tu padre.

*Apud patrem uiuis iucundissimè.*

*Vitam ducis iucundissimam.*

Vitam



*Vitam colis suauissimam.*

*Domi patris uinis liberrimè.) Domi patris, id est, Apud patrem.*

*Varietas. Vitis incundissimè, Vitis suauissimè, Suauiter agis, Lantus es.*

Da se a buen tiempo.

*Bene sibi facit. Plautus.*

*Genio indulget.*

*Genialiter uiuit.*

*Agit Epicurum.*

*In cute curanda plus æquo operatur. Ex Horatio.*

*Curandæ cuticulæ omnino intentus est.*

*In corpore curando totus est occupatus.*

*Agit utam genialem.*

No haze que beuer y comer bien.

*Tantum bibit & pergræcatur.*

*Pergræcari, Metáphora à Græcorum moribus.*

*Agere Epicurum, Lleuar y hazer la vida que Epicuro aprouaua: que era dar se a beuer, y comer, y deleytes.*

*Epicurus philosophus fuit, qui ad uoluptatem omnia referebat: Hoc est, qui dicebat omnia faciendâ esse uoluptatis gratia.*

Demasiadamente esta puesto en sus plazerés, y deleytes.

*Nimum sibi indulget.*

Da se a buen tiempo y vida.

*Bibit, pergræcatur, genialiter uiuit.*

Es todo dado a vicios.

*Totus luxuria & lasciuia diffuit.*

*Est male frugi homo.*

Est

*Est homo nequam.*

Es vn hombre del todo perdido.

*Est homo nequissimus.*

Los deleytes le han quitado el animo del estudio.

*Voluptas à literarum studijs animam eius auertit.*

*Varietas. Diveriit, Abduxit, Auocauit.*

Los deleytes te hazen que no estudies, esto es,  
Tu no puedes estudiar, por que estas muy a plazer.

*Voluptas à studio literario te auocat.*

Yo no tomo mucho plazer en esto.

*Ea res non est mihi uoluptati.*

*Illud nullam mihi uoluptatem affert. ) id est, Me nullo modo delectat.*

Adonde te has holgado tanto tiempo.

*Vbi tam diu te oblecisti.*

Adonde as estado tanto tiempo a tomar passatiempo?

*Vbi tam longo tempore animi causa fuisti?*

Hallaras muy pocos que no quieran mas dar se a deleytes, y passatiempos, que a trabajo.

*Per paucos reperias, qui nō libidinem, quā labore[m] malint.*

*Vix inuenias quenquam, qui uoluptatem labori anteponat.)*

*id est, Qui non malit uoluptatem, quā labore[m].*

*Rarissimus est, qui labore[m] præferat uoluptati.) id est, Qui*

*laborem malit, quā uoluptatem.*

*Malunt sermē omnes libidinem, quā labore[m] sequi.*

*Quotus quisque est, qui non libidinem, quā labore[m] malit?*

*Terentius. Ingenuan est omnium hominum ab labore proclive ad libidinem.*

*Reperias*

*Reperias & inuenias, pro reperire, & inuenire quis poterit. Secunda persona est pro tertia, & modus potentialis.*

Alguna vez es menester holgar y tomar passatiempo.

*Interdum relaxandus est animus. Ex Cicerone.*

*Dandum est interim aliquid uoluptati.*

*Nonnunquam se oportet dare incunditati. Ex Cicerone.*

No pueden todos, como tu, oler a vnguentos, y olores.

*Non omnes possunt olere unguenta exótica, sicut tu oles: Plautus.*

*Vnguenta, Vnguentos preciosos por oler bien.*

*Vnguentarius, El que los haze, o vende.*

*Exótica, id est, Peregrina. Los quales traen de tierras estrañas, como de Arabia.*

*Exoticus, exotica, exoticum.*

*Diapasmata, Olores secos, como poluos, los quales suelen poner en saquillos de cuero.*

*Vnguenta, ex humidis constant: diapasmata, ex aridis.*

*Odores & odoramenta, Todas maneras de olores compuestos por plazer, y deleyte.*

Huele a vnguentos, o a almizcle.

*Olet unguenta.*

*Est unguentatus.*

Yo quiero mas que huelas los ajos, que el almizcle.

*Malo te alliátum esse, quam unguentatum.*

PROV



## P R O V E R B I A .

Quæ speciem aliquam videbantur habere  
prouerbij, aut metáphoræ insignioris: nec  
vllum peculiarem locum sub capitibus supe-  
rioribus inuenerant, huc ad calcem operis  
ea reiecinus. Meminerint tamen lectores  
multa eiusmodi prouerbia per totum opuscu-  
lum dispersa inueniri.

## C A P V T LVIII.

A buen entendedor pocas palabras.

Dictum sapienti sat est. id est: Vnicum uerbum sufficit homi-  
ni prudenti. Terentius.

Vulgò autem sic effertur.

Mitte sapientem, & nihil ei dicat.

Los que son discipulos, no son luego maestros.

Aliud est discipulum, aliud magistrum esse.

Non qui discipuli, continuo magistri sunt.

A talamo tal criado.

Dignum patella opérculum. sub. Est: ut sit,

Opérculum est dignum patella.

Patella, Vna casuela.

Opérculum, Vna cobertera.

Sartago, Vna farten para freir.

Aun engaño otro, y vna raposa a otra.

Dolus dolo compensatur.

Ars arte deluditur.

Contra vulpem vulpinandum est.

Vulpinari

Vulpinari, Hazer como la raposa, esto es, vsar de fineza, engaños, y trampas.

*Verbum est apud Varronem lectum, teste Erasmo.*

Ansi va el mundo. *Sic uiuitur.*

Mas que haras? ansi va el mundo.

*Cicero, Sed quid agas? Sic uiuitur.*

Ansi es la costumbre de agora.

*Ita nunc mos uiget. Plantus.*

Dinero presente es remedio bueno y prompto.

*Pecunia praesens, medicamen est praesentaneum. id est, Efficacissimum.*

Bien hablar no cuesta nada.

*Blanda uerba linguam non deradunt.*

*Sermonis suauitas linguam minime ledit. Nihil officit linguae uerborum suauitas. id est, Nihil nocet.*

*Sermonis suauitas à Cicerone dicitur, quam nonnulli suauiloquentiam appellarunt.*

Riñole muy fuertemente.

*Acerbissime illam obiurgant.*

No ay aqui lo que busco.

*Hic non est quod quero. Ex Terentio.*

Yo no tengo aqui ganancia ni prouecho.

*Mihi hic nec seratur, nec meretur. Latinau proverbium. Ex Plauto.*

*Hic mihi nihil est questus. id est, Lucri. Verbalé nomen à quero, queris, quæsim, querere.*

Esta cosa ni te aconsejo, ni desaconsejo.

*De hac re neque suadeo quicquam, neque dissuadeo.*

El consuelo de los desdichados es tener compañero de tus desastres: que suelen dezir, mal de muchos gozo es.

*Moderatiùs*

Moderatius perpétimur mala, nobis cum plerisque conomina.  
*Erasmus.*

Después de la cosa hecha no ay mas remedio.  
 Lo que es hecho vna vez, no se puede tornar  
 a deshazer.

Hoc fieri infectum non potest.

*Plautus, Quid vis fieri? Factum est. Illud fieri infectum non potest.*) Sensus est, Illud quod iam factum est, non potest fieri infectum: id est, Non factum. Quasi dicat, Fieri non potest ut illud non fuerit.

Ya no ay remedio.

Iam non est integrum.) *sub. Illud.*

Aun ay remedio.

Est adhuc integrum.) *sub. Id facere.*

Res est adhuc integra.

Nondum elapsa est occasio.) *sub. Id faciendi Adhuc remedio locus est.*

Liberal de lo ageno.

De alieno ludit corio. *Prouerbiale.*

De alieno liberalis est.) *De alieno: id est, Dere aliena. De la hazienda agena.*

Profusus est alieni.

Res alienas facile dilargitur.

Ad uerbum sic reddi potest.

Ex alieno corio lata secat lora. *Sic Erasmus.*

Alienum tergus in latas corrigias dissecat.

Hoc tergus, tergoris: id est, Corium.

A los fuertes ayuda la fortuna.

Fortes fortuna adiuvat. *Terentius.*

Audentes fortuna inuat. *Virgilius.*) *Vetus adagium, quo monemur, fortiter audendum esse.*

A cora



A coraçon valiente no le es nada imposible.

*Nihil non potest fortis animus. id est, Omnia potest.*

Es mas pobre que Codro, o Iro, es pobre como Iob.

*Nullam habet rem familiarem.*

*Est pauperior Codro.*

*Est Iro pauperior. Vtrunque est prouerbiale.*

*Iuuenalis, Nil habuit Codrus.*

*De Iro Ouidius,*

*Irus erit subito, qui modo Cræsus erat.*

Dize sentencias, y razones. *Hispanica est ironia.*

*Philosophatur.*

*Sententias loquitur.*

*Sententiose loquitur.*

*Etiam nunc sententiose loqueris? Ex Rhetoricis ad Herennium.*

Siempre tienes, y estas proueydo de lo que has menester.

*Res accommodas semper in promptu habes.*

*Item in alio sensu,*

*Nunquam tibi deest consilium. Nunca te falta consejo.*

El es tal que se defendera muy valientemente.

*Is est, qui acerrime se defendat. id est, Posit se acerrime defendere.*

*Acerrimus est sui defensor.*

Mas quiero vn toma, que dos te dare.

*Ego spem pretio non emo.*

*Malum, quicquid possum, auferre potius in presentia. sub.*

*Quam spe maioris lucri diutius expectare. Ex Terentio.*

*Ad uerbam autem sic uerti potest,*

*Vnicui rem presentem, quam duo promissa, malo.*

*Quod presens, tanquam in manu datur: incuidius est. Cicero.*

*Impraesentia, Est temporis aduerbium.*

*Impraesentiarum, pro eodem legitur: sed hoc varius.*

Yo se esso como el pater noster, o como mi nombre.

*Tanquam nomen meum teneo.) sub. Illud. uel Eam rem.*

Yo se esso sobre mis dedos.

*Tanquam digitos, uel.*

*Tanquam unguis) sub. Teneo illud.*

*Tanquam unguis, digitosque meos.*

*Hoc prouerbium ab eo natum est, quod plerique etiam nunc in digitis calculum peragunt, Cuentan por los dedos. Superiora omnia proverbialiter dicuntur de memoria promptissima & certissima.*

*Tanquam digitos.) Vnde & hominem obliuiosum per iocum rogare solemus, quot in manibus habeat digitos.*

Yo te lo dexo a tu aluedrio, y poder.

*Illud arbitrio tuo permittimus.) id est, Ego permitto.*

*Illud relinquo iuri tuo.) id est, Arbitrio & potestati tuae permitto.*

*Lucanus, Iurique tuo natura relinquet,*

*Quis deus esse uelis.*

Agora dea conseja, lo que a consejo.

*Modo quod suasis, dissuadet. Ex Plauto.*

Tiene buen animo, y coraçon, mas las fuerças le faltan.) *Hoc per ironiam dici solet in hominem, qui ultra uires suas quidpiam conatur.*

*Satis habet animi, sed uires deficiunt.) sub. Eum: id est, Defunt illi.*

*Varietas. Vires eum deficiunt, Vires non respondent.) sub. Eius animo.*

Para

Para maldezir nunca le faltan palabras, mas para dezir bien es casi mudo, y sin lengua.

*Ad maledicendum, nunquam illi uerba defunt: ad benedicendum uerò, ferè mutus & elinguis est.) Ferè: id est, Penè, Semper.*

*Elinguis, quasi sine lingua.*

*Es colerico.*

*Est iracundus.*

*Stomachòsus est.*

A hallado su semejante.

*Par ingenium nactus est.) id est, Hominem eiusdem uoluntatis. Terentius.*

Es hombre de dos caras y doblado, suele sentir, y entender vna cosa, y dezir otra.

*Solet aliud sentire, aliud loqui.*

*Cælius ad Ciceronem, Solet aliud sentire, & loqui.) sub. Aliud.*

*Homo est bilinguis.*

*Est homo duplex.*

*Aliud in ore promptum, aliud in pectore clausum habet. Ex Salustio.*

*Eius animo lingua solet esse dissimilis.*

Son cuentos de viejas.

*Anicularum sunt hæc deliramenta.) id est, Nugæ.*

*Aniles sunt fabule.*

*Horatius, Gerrius hæc inter uicinus garrit aniles. Ex re fabellas.*

No haze otra cosa mas desto.



Hoc facit assidue.

Hac in re est assiduum.

Nibil aliud facit.

Hoc unum semper agit.

Præter hoc nihil facit.

Hoc unum facit: præterea nihil.) sub. Facit.

Huic uni rei addictus est. A solo esto es dado.

No ay tal martyr como el que ama.

Antor omnes cruciatus superat.

La obra de los artifices es la mas aprouada que todas.

Artificium opus, omnium probatissimum.) sub. Est.

No ha aun escapado a quien le esta esperando la pena, y castigo.

Nondum euasit, quem sua manet poena.) Manet: id est, Exspectat.

Ad uerbum sic, Non euasit, qui suam trahit uinculum.

Varietas. Non euasit, Non elapsus est.

Elabor, elaboris, elapsus sum, elabi. Escapar.

Terentius, Versuram solues: præens quod fuerat malum, in diem abiit: id est, Tantum ad tempus dilatatum est: quia debitas tandem poenas dabis, etiam cum scenore. Tu no pierdes que el esperar: que es, tu seras castigado por tarde que sea. Sic Budæus interpretatur.) Nonnulli in illo Terentiano legunt, Versura solues: ut sit ablatiuus.

Versuram fecit.) Versuram facere. Tomar prestado a vno, por pagar a otro. Festus.

No ay mejor salsa, que el appetito.

Optimum condimentum fames.) sub. Est.

Es menester que se cuezga essa pena de tu coraçon.

raçon.

Decoquenda tibi est animi aegritudo.

Ha se tratar esta cosa con astucia.

Res astu tractanda est.) Res. sub. hęc. Terentius.

A quello fingio el de su cabeça.

Commentus est illud de sua sententia. Plantus.

Suo ipsius ingenio id excogitauit.

Communis cor, comminisceris, commentus sion uel sui, comminisci. Fingir y sotilmente inuentar.

Confingere, idem quod comminisci.

No es todo vno. Esto es diuerso, y diferente de aquello.

Hoc longè ab illo diuersum est.) id est, Hęc res longè est illius dissimilis.

Es muy differēte, mucho va a dezir desto a otro.

Maxima est inter hęc dissimilitudo.

Nihil in his simile.) Hoc est, Nihil simile est inter hęc.

Ay tanta diferencia como de vn asno a vn cauallo.

Quantum asinus ab equo.) sub. Differt: id est, Hęc tantum inter se dissimilia sunt, quantum distat asinus ab equo.

Magna est inter hęc distantia.

Hęc longissimo inter se distant interuallo.

Multis numeris hęc inter se discrepant.

La fortuna, y ventura de juego es dudosa.

Dubia est ludi fortuna.

Anceps est ludi alea.

Anceps est ludi euentus.

Sic de bello dicitur, Anceps est belli fortuna.) id est, Dubius est belli euentus.

Virgilius, Verum anceps belli fuerat fortuna.

Es grãde hablador, y fanfarrõ, y poco hazedor.

*Verbis quidem magnus est, factis autem nullus.*

*Habet multum verborum: sed operis admodum parum.*

A porfia mienten. Contienden qual mêtira mas.

*Certant mendacijs.*

*Certatim mentiuntur.*

Necessidad no tiene ley.

*Cedendum est tempori.*

*Necessitati parendum est.) Vtrumque ex Cicerone.*

*Necessitas est inexorabilis. Donatus in Terentium.*

Segun las costumbres deste tiempo aquello es  
passadero.

*Vt nunc sunt mores, illud quidem tolerabile est.*

*Varietas. Vt nunc sunt mores, Vt nunc sunt tempora. Vt  
nunc sunt homines. Vt nunc est hominum vita. Segun  
el tiempo que corre, por el tiempo que anda.*

Era may docto como hombre Romano.

*Cicero, Multae etiam in eo, ut in homine Romano, literae.)  
sub. erant.*

Haze vida sufridera, segun el tiempo que corre.

*Tolerabilem agit vitam, praesertim ut nunc sunt hominum  
mores.*

No piensa por lo venir.

*In diem uiuit.*

*Ex tempore uiuit.*

*Contentus est praesentibus.*

Con poca cosa se passa.

*Paruo contentus est. uel, paucis.*

*Viuis paucis contentus.*

Biue contento con lo que tiene.

*Contentus est suo. uel,*



*Suo contentus uinit.*

Esta contento con lo que tiene, aun que poco.

*Contentus est & suo, & paruo.*

Contente se cada vno con lo que le agrada.

*Eo quisque contentus sit, quod placet.*

*Quantilianus, Pigri est ingenij, contentum esse ijs, que sunt ab alijs inuenta.* Es de ingenio perezoso y tardo passar se solamente con lo que los otros han hallado.

Esso es facil de dezir, mas buscad quié la lo haga.

*Nihil est dictu facilius. Terentius.*

A vn no emos alli llegado.

*Nondum illò peruenimus.) Illò, id est, Ad illud tempus.*

*Nondum tempus adest.* No es aun tiempo.

Aun ay mucho tiempo de aqui alla.

*Tempus adhuc longum restat.) sub. Ab hoc tempore, ad illud usque.*

*Temporis adhuc multum reliquum est.) Id est, Restat.*

Entre tanto, y no vendran, y acontesceran muchas cosas.

*Multe interea incident rerum mutationes.*

*Multe interim rote uoluentur.*

En la noche se deliberara.

*In nocte consilia.) sub. Erit.*

*Deliberabitur.* Deliberar se ha.

Yo iuzgo que es bueno deliberar, y pensar sobre ello.

*Deliberandum censeo.*

Es menester que comas esto.

*Hoc excedendum tibi est.*

Aquello as de tragar como pildoras, sin maxcar.

*Istud est tibi deuorandum, ueluti catapotia.*

*Decoquendum tibi est.*

Has de sorber aquello.

*Illud est tibi exorbendum, uel, Sorbendum.*

Sorbe lo que mezclaste: esto es, tu hiziste la locura, es menester que sufras loque de alli sucede.

*Sorbe quod ipse miscuisti.*

*Miscere, Mezclar muchas cosas como hazen los boticarios. ut pharmacopole faciunt.*

*Hic pharmacopola, huius pharmacopole, Vn boticario.*

*Miscere uenena, Mezclar venenos para empoçonar alguno.) Quod est scelus execrandum.*

*Ouidius. Lurida terribiles miscent aconita nouerca.*

Es menester tomar el tiempo como viene.

*Vtendum est foro.*

*Vtendum est foro presentis.) Hæc duo ad uerbum sonant. Es menester acomodar se al todo tiempo.*

*Seruiendum est tempori.*

*Varietas. Seruiendum, Inseruiendum.*

Gouierna te segun el tiempo, o toma el tiempo como viene.

*Accomoda te tempori. uel,*

*Tempori pare.*

Contera te con lo presente, o con lo que acaesce, y passate con lo que tienes segun el tiempo, y lugar adonde seras.

*Contentus esto presentibus.*

Es menester mirar el tiempo.

*Consulendum est tempori.) id est, Habenda est ratio temporis. Vnde est antiquum adagium, Tempori parce. No pierdas*

pierdas el tiempo. *Omnia ex Cicerone.*

Por vn plazer mil peffares.

*Breuis una uoluptas, mille parit luctus.*

*Mille doloribus constat unica uoluptas.*

*Horatius, Sperne uoluptates: nocet empta dolore uoluptas.*

Aun sordo se habla.

*Surdo canitur fabula.*

*Verba fiunt mortuo.*

Hablas a vna piedra.

*Lápidi loqueris. id est, Hómimi, qui, quasi lapis sit, non mouetur.*

Hablas en balde.

*Litori uerba fiunt.*

*Frustra loqueris.*

*Vento loqueris. id est, Verba fundis inania.*

Facil cosa es prometer, mas hazer lo es dificil.

*Facile est promittere, prestare difficile.*

La cosa lo manifestara.

*Res indicabit.*

Lo que en vna parte falta, en otra se añade, o cuple.

*Quod alibi diminutum, ex equatur alibi. ) Diminutum: sub. Est.*

Quando quiera que me llamas soberuio, mira te a ti, y luego callaras.

*Quoties me superbam uocas, te circúspice: prótinus tacebis. ) Gloriosus uulgo usurpatur pro superbo: cum gloriosus (ut alibi diximus) proprie sit inanis glorie cupidus et ostentator: qui ad gloriam refert, quicquid aut facit, aut dicit, El que haze y dize todas las cosas por*



vana gloria: que quiere ser loado a todos propo-  
sitos, el quel no demanda sino muestra, y aparen-  
tia.

Que haras con aquellos, que no saben, ni bueno,  
ni justo?

Quid cum illis agas, qui neque ius, neq; bonum: neque equum  
sciunt? Terentius.

Quid agas: id est, Quid agi potest? Modus est potentiâlis, &  
secunda persona pro tertia: sed facilius per uerbum imper-  
sonale declaratur.

Que haras a esta suerte de hombres?

Quid hoc genere hominum facias?

Quita de vnos, por dar a otros.

Ab alijs eripit, quod alijs largiatur. Cicero.

Alium spoliât, ut alium ditet.

Quod alijs addat, alijs detrahit.

Alienis spolijs alios augere solet.

Siempre haze la mesma falta.

Eundem errorem sæpius iterat.

Ad eundem lapidem semper offendit.

Eâdem chorda semper oberrat.) Posteriora duo sunt ex La-  
tinijs prouerbijis, eâque per translationem dicta. Nam ad  
eundem lapidem offendere pedem, Hispanico sermone pro-  
prie significat, Estropear siempre en la mesma pie-  
dra.

Oberrare uerò semper eâdem chorda. Faltar siempre en  
vna mesma cuerda, tañendo en algun instrumen-  
to de musica.

Horatius, Et citharædus

Ridetur, chorda qui semper oberrat eâdem.

Cithara, Vna harpa.

Citharæ

*Citharædas*, Vn tañedor de harpa.

Si me hizieres este plazer, yo te halagare mucho.

*Hoc beneficio si me ornaueris, tibi caput demulcebo.*

No es nada a proposito. *Nihil est à re magis alienum.*

*In lente unguentum.*) *Hoc est, id quod dicis, est tanquam unguentum in lente.* Lo que dizes es tanto a proposito, como quien pusiesse vnguentos y olores en caldo de lentejas, o otra cosa semejante.

*Hec lens, lentis, genus leguminis.* Lenteja.

Quanto allega el padre, tanto derrama el hijo.

*Quantum pater colligit, tantum filius dissipat.*) *Quantum sub. Rei, uel honorum.*

*Tantum profundit filius, quantum querit pater.*) *Querit: id est. Acquirit.*

*Colligere & dissipare, contraria sunt.* Nam colligit, qui rem (id est bona) cogit: dissipat uero, qui profundit.

Todo el mundo lo sabe. Todos lo dizen. o a todos es comun.

*In ore est omni populo.*) *sub. Illud. Terentius.*

*In ore omnium est.*

*Vbique circumfertur.*

*Vno ore omnes id prædicant.*

*Fabellis anilibus id uulgatius est.*

*Res est peruiulgata.*

*Hoc ubique peruiugatur.*

*Istud est pueris decantatum.*

*Quid est tau peruiulgatum?*

*Hoc lippis & tonsoribus est notissimum.*

*Lippus*, Vn hombre que tiene de su natural los ojos llorando.

*Lippitudo*, Este vicio de los ojos.

Saca

Saca dinero.

*Excute cruménam.*

*Exolve marsupium.*

*Prome pecuniam.*

*Exproime argentum.*

*Expedi nummos.* ) *id est, Prome, deprome, profer.*

*Cruména.* Vna bolsa.

*Cruménula.* Vna pequeña bolsa.

*Marsupium.* Vna bolsa grande.

Ha castrado mi bolsa, que es, que ha tomado dinero de dentro.

*Meum exenteravit marsupium. Iocus est Plautinus.*

Tu diste en el blanco, o en el hito.

*Rem acu tetigisti.*

*Scopum attigisti.* ) *Hoc est, Rem ipsam nihil aberrans, diuisisti.* Tu as acertado, y dicho lo que es. Tu as adivinado lo que es. *Vtrumque est prouerbiale.*

*Hic scopus,* El blanco.

Tu entiendes bien el caso, y el negocio.

*Rem tenes. Terentius.*

Tu eres muy officioso, y hazes del buen criado, que haze mas de lo que le mandan.

*Plus equo officiosus es.*

*Tu nimis obsequeris.*

*Officium simulas.*

*Nimiam prae te fers obsequium.*

Cierto tu eres bien rustico.

*Nimium sapis mores patrios.*

*Næ tu es plane rusticus!*

*Nimiam ineptus es, Terentius.*

O que eres necio, y loco!

Quam



*Quàm tu es rudis & imperitus!*

O quanto tiene aun las columbres de su tierra!

*Quàm patrios mores adhuc respicit; id est, Sapit.*

Aun no ha dexado las columbres de rustico, y de su aldea.

*Nondum rusticos mutauit mores.*

*Nondum rusticitatem deposuit.*

*Adhuc non exiit agrestem uitam.*

Siempre me traes buen hora, y buen enuentro.

*A te mihi semper felicitas. ) sub. Oritur.*

*A te mihi omnia semper honesta & iucunda ceciderunt. Cicero.*

Siempre me traes mal enuentro.

*A te mihi omnis infelicitas. ) sub. Solet accidere, uel oriri.*

*Tu mihi semper infaustus es. Semper mihi es inauspicatus.*

Tu amenazas a bien lexos.

*In diem istud est quod minaris. ) In diem, id est, In longam dilationem. Terentius.*

*Varietas, Minaris, Minitaris.*

No haze luego lo que promete: Sus prometi-  
mientos son bien largos, y de corte.

*In diem est quod promittit.*

Yo te respondere facilmente a todo lo que me propusieres.

*Facile soluero quicquid obieceris.*

*Ad omnia tibi facile respondebo.*

*Quicquid obieceris, habeo semper in promptu quid respondeam.*

Con palabras nunca me venceras.

Me

Me uerbis nunquam uinces.

Soluero: id est, Soluam. Futurum est coniuuctiu, pro futuro indicatiui.

Tu me quiebras la cabeça.

Obtundis. ) Sub. Me.

Tu mihi aures tundis.

Mihi lapides loqueris.

Mihi tundis caput.

Mihi cerebrum excutiunt tua dicta.

Me uerbis enecas.

Hec inculcando, aures mihi radis. Ex Plauto & Terentio omnia.

Nunca me dexaras de quebrar la cabeça sobre esto.

An ego toties de eadem re audiam? Terentius.

Nunquam ne desines de hoc me obtundere?

An eandem cantulenam semper mihi canes?

Ecquid te pudet, me de eadem re millies enecare?

Varietas. Desines, Cessabis.

No me quiebres sobre esta cosa mas la cabeça de aqui adelante.

De hac re ne me posthac obtundas.

Con su parlar me aturdio o quebro la cabeça.

Obtundit me sua loquacitate.

A lo aturdido todo a buenas puñadas.

Obtundit eum pugnis. ) id est, Pignorum percussu. Ex Plauto.

Porque me matas?

Cur me enecas?

Quid me obtundis?

No acabaras oy de me quebrar la cabeça, o ser molesto?

molesto.

Pergin' tu aures mihi tundere?

Pergin' molestus esse?

Non facis obtundendi finem?

Etiam pergis aures meas onerare tædio?)

Pergin', pro Pergisne.

Sic ain', uident. id est, Aisne, uide'sne: similia que apud comicos frequentissima.

Ya me es enojoso de oyr desta cosa tantas vezes.

Tædet me, de hac re toties audire.

De hac re mihi tundis caput. ) id est, Quod ad hanc rem pertinet. Obtundis me de hac toties iterata.

Me enecat.

Tu estas demasiado atento a las cosas. Tu eres muy curioso.

Tu nimis attendis.

Plus æquo attentus es.

Attentior es, quàm deceat.

Lo que hazes, no lo hazes de gana.

Non facis ex animo. ) sub. id quod facis.

No lo toma a pechos. No haze cuenta dello.

Nulla modo afficitur.

Vengamos a la cosa, y al proposito.

Veniamus ad rem.

De tus espaldas me pagaras.

De corio tuo mihi satisfacies. Ex Seneca.

Tergo tuo mihi supplicium dabis.

De tergo tuo dependetur. ) id est, Soluetur, satisfiet. Ex Terrentio.

Haziendo eso, pongo mis espaldas al peligro.

Illud tergi mei periculo facio.

Esto



Esto se haze con mi peligro.

*Res fit meo periculo.*) *Res, sub. Hæc, uel ea.*

*Terentius. Nunc huius periculo fit.*) *sub. Res.* *Plautus in eandem sententiam. De meo tergo degetur corium.*) *id est,*

*Res fiet meo periculo. Sic Erasmus.*

*Hic degetur, pro deteretur, teste Nonio.*

Es menester, que passes por alla: estas a esta pena, y castigo obligado.

*Tu es huic noxæ obnoxius.*) *Hoc est, Huic poenæ obligatus es. Ex Terentio.*

*Noxa proprie peccatū est: aut pro peccato poena. Vnde obnoxius: id est, Poenæ obligatus ob delictum. Festus Pompeius.*

El vn mal, saca otro.

*Aliud ex alio malum.*) *sub. Oritur. Terentius.*

El bueno y cierto amigo se conoce en la cosa incierta y dudosa.

*Amicus certus in re incerta cernitur. Ennius apud Cicero- nem.*

*Is amicus est, qui in re dubia iuuat. Plautus.*

*In eandem sententiam, Solomon in Proverbijs, Omni tempore diligit qui amicus est: & frater in angustijs comprobatur.*

El que sube mas alto que no deue, baxa mas presto que querria.

*Qui querit alta, is malum uidetur querere. Plautus.*

Quieres al desnudo quitarle los vestidos.

*Vis nudo uestimenta detrahere?* *Ex Plauto.*

Esso es viejo.

*Vetus & iudgata cantio est. Donatus in Terentium.*

*Cantio uerbale nomen à cano, canis, id est, Canilena.*

Fuera

Fuera de proposito.

*Extra cantionem.*

Tu dizes siempre vna mesma cosa. Tu no dizes nada de nueuo.

*Cantilenam eandem canis.*) *Id est, Nihil adfers noui. Terentius.*

No estas aqui. Tu piensas otra cosa.

*Alias res agis. Terentius.*

*Vide supra, sub capite, Ad rem pertinentia.*

Asi es mi voluntad.

*Sic animo collibitum est meo. Ex Plauto.*

*Collibet, collibuit, & collibitum est, uel fuit. Ex con prepositione inseparabili, & uerbo libet.*

Ha se le dado ocasion de huyr.

*Fugiendi data est occasio. Plautus.*

Vas muy fuera del proposito. Tu entras de vna materia en otra sin proposito.

*De calcaria in carbonariam.) subaudi. incidis: uel decurris:*

*Hoc est, Longe à proposito digrederis.*

*Calcaria, est fornax ubi calx coquitur. Calera de cal.*

*Carbonaria. Horraza de carbon.*

*In his & similibus, subauditur Fornax.*

Todo lo descubre, no encubre nada.

*Totum detegit stomachum. Ex Plauto.*

*Huc pertinentes formulas uide supra.*

Todo lo confunde, y turba.

*Quasi cum unà multa iura confundit cocuit.) Hoc est, Perina de facit, quasi cocuit, cum multa iura confundit unà: id est,*

*Simul. Como quando vn cozinero mezcla muchas maneras de potajes y beurajes juntamente.*

*Ex Plauto.*

Pienfa bolar sin alas.

*Sine pennis uolare nititur.*

*Plautus. Sine pennis uolare haud facile est.) id est. Difficile est sine adiuentis aliquid rei perficere, ut si quis absque libris conetur literis operam dare.*

Sera ahorcado, o ira a la horca.

*Coruus in cruce pascet.) Id est, Suspendetur.*

*Horatius, Non hominem occidi. Non pascet in cruce coruos.*

*Crux, Vna horea.*

*Coruus, Vn cueruo. Anis est notissima.*

Yo soy asegurado, y firmado de dos lados.

*Duabus anchoris fultus sum.) A nautis est translatio.*

*Anchora, Vna anchora de nao.*

*Fultus: id est, Firmatus ac stabilitus. à Fulcior, sulciris.*

Yo le conozco muy bien de fuera, y de dentro le conozco.

*Novi hominem & intus, & in cute.) Hominem, id est, Eum.*

No ay bien perdido.

*Gratia nulla perit.*

Es a quien lo aura, peleafe de veras,

*Collatis insignijs depugnatur.*

*Versis decertatur gladijs.*

*Vtrumque Plantinum est, à bello translatum.*

*Depugnatur, & Decertatur impersonalia sunt.*

De punta, y de tajo, estocada, y cuchillada.

*Punctum, casumque ferit.) Punctum: id est, Pungendo. Casum: id est, Cedendo.*

*Cedere, Herir, cortar, tajar.*

Tu buscas cinco pies al gato, o carnero, que no

tiene sino quatro.

Nodum



*Nodum in scirpo queris. Terentius.*

*Nodus, Vn ñudo.*

*Scirpus, junco que no tiene ñudo.*

*Iuncus Iunco.*

Necesario es hazer gasto, el qui quiere ganancia.

*Neesse est facere sumptum, qui querit lucrum.) sub. Eum .ut sit, Neesse est eum hominem sumptum facere, qui lucrum querit. Plautus.*

No ha menester bolsa, el que por igual es ganador, y gastador.

*Non opus est ei crumena: qui æque sumptuosus ac questuosus est.*

Miente mucho, Es mas mentiroso, que los Parthos.

*Est Parthis mendacior.) Nam Parthi, Orientales populi perfidi sunt: ut qui Romanos duces fraudibus sepe deciperint.*

*Horatius, Ipse ego qui nullos me affirmo scribere uersus, Inuenior Parthis mendacior.*

Miente mucho.

*Omnino mentitur.*

*Mentitur uehementer.*

*Admodum mentitur.*

*Cicero. Nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.*

Yo hablo como experimentado.

*Expertus loquor, id est, Qui expertus sum, qui feci periculum.*

*Doctus dico. Plautus.*

*Expertus, El que ha echo la experiencia.*

*Virgilius, -experto credite, quantus.*

*In clypeum assurgat.*

*Experto crede mihi.* Cree me que yo lo se, que he hecho la experiencia.

No pueden todos ser grandes.

*Non omnes possunt superiores accumbere. Plautus.) Ad uerbum sic redditur.* Todos no pueden estar sentados a lo alto, y a la cabecera.

Esta assentado en el primer lugar de la mesa.

*Accumbit suprcntus.*

Haze del bueno delante la gente, mas detras es traydor. O como dizen. En vna mano trae la piedra, y en la otra muestra el pan.

*Altera manu fert lapidem: Altera manu panem ostentat. Plautus.*

No tiene que el pellejo, y el hueſto.

*Ossa & pellis totus est. Plautus,*

luega de mi, como con la pelota.

*Me quasi pelam habet. Ex Plauto.*

Entrellos son todas las cosas semejantes, o conuenen en costumbres.

*Similia omnia.) subaudi, Sunt inter eos.*

*Conueniunt mores.*

*Omnes congruunt.) id est. Conueniunt: sub. Inter se. Et hoc dicendum est de tribus aut pluribus. Si uero de duobus sermo fuerit, sic dices.*

*Ambo congruunt.*

*Similia omnia.*

*Conueniunt mores.*

Si conoces al vno de los dos, los conoces a entrambos.

*Vtrumlibet*

*Vtrumlibet nôris: utrumque noueris.*) *Nôris: id est, Si noueris. Hic enim deest Si.*

*Qui utrumuis recte nôrit, ambos nouerit.* Ex Terentio.

*Nec aqua aquæ, nec lac lacti similius.*) *sub. Est.* Ex Plauto.

*Nec omnino similius.* Ex Cicerone.

Amor de muger, y riso de perro o halagos, no valen nada, sino en quanto les dan algo.

*Méretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat, uidet.*  
Plautus.

Lo mal ganado, y aquirido presto se pierde y malamente.

*Malè partum, malè disperit.*

*Partus, parta, partum: id est, Acquisitum, à passio pãritur.*

Toma las cosas muy de veras.

*Vsq̃ ad cutem radit.*

*A uinum résecat.*

*Cicero, neque id ad uinum réseco, ut illi qui hæc subtilius discernunt.*

No te fies a todos.

*Ne cuius dextram porrexeris.*) *Hoc est, ne temerè quibuslibet fãdito.*

Mira bien, en quien te fias.

*Vide cui fidas.*

Confia a ti mesmo, y a pocos de mas.

*Fide tibi, & paucis.*) *subaudi Alijs.*

Ve por el camino real, y publico, no te apartes del, a vna parte, o a otra.

*Extra publicam uiam ne defleas.*

Yo esto y dudoso entre dos cosas.

*Inter sacrum & saxum sto.*) *Hoc est, Nescio quid facere debeam.* Ex Plauto.



*Nunc meæ in arctum coguntur copiae.* ) Metaphora ab exercitu in locorum angustijs concluso. Terentius.

La cosa esta en el punto.

*Res est in cardine.* ) Hoc est, Res est in articulo.

En esto esta el punto del processo y pleyto.

*In eo cardo rei uertitur.* ) id est, Ex ea re tota causa pendet.

En esto esta lo principal de la materia.

*In hoc summa iudicij causæq; consistit.*

*Res in eo uertitur.* ) id est, Causa.

*Vertitur in eo causa.* Omnia ex Cicerone & Quintiliano.

Toda mi salud cuelga de aquello.

*Vertitur in eo salus mea.*

Su esperança esta puesta en aquello.

*Spes eius in eo uertitur.* Vtrumque ex Lilio.

Lo principal de la cosa esta en aquello.

*In eo summa rei consistit.*

La cosa esta en el mayor peligro, que jamas estuuo.

*Res uertitur in periculo.* Plautus.

Como de passada se trata la cosa.

*Perfunctorie tractatur.*

*Varietas.* Perfunctorie, Defunctorie.

Es vna cosa o obra que no se mira mucho como se haga.

*Opus est perfunctorium, uel defunctorium.*

Ninguno puede ser buen amo, sino el que ha sido buen criado.

*Nemo bene imperat, nisi qui paruerit imperio.*

Tu siendo ignorante enseñas al que sabe.

*Sus Minervam doces.) id est, Tu ipse ignarus peritum doces.*

*Doctum doces. Plautus.*

Todo va al reves.

*Currus bouem trahit.*

No es para aquello, no lo lleua su natura.

*Inuita Minerva id facit.) id est, Aduersante & repugnante natura. Ex Cicerone.*

*Horatius. Tu nihil inuita dices faciſue Minerva.*

Hablemos, que todo el mundo lo entienda facilmente.

*Agamus pingui Minerva. Cicero.*

*Varietas. Pingui Minerva, Crassa Minerva.*

Yo lo declarare rudemente, y no por sotileza.

*Crassa (ut aiunt) Minerva rem explicabo.*

Rusticamente, o toscamente lo dire.

*Rusticè dicam.*

El enseña por facil manera.

*Pingui Minerva docet.*

Sabe mucho pero toscamente.

*Doctus est quidem, sed crassa, ut aiunt, Minerva.*

*Horatius in secundo sermonum, Rusticus anormis, sapiens, crassique Minerva.*

Es menester dezir lo mas a la clara, y no tan sotilmente.

*Crassiore, ut uocant, uerba, res exponenda est.) id est, Planius & intelligibilius. Ex Quintiliano.*

Habla me mas claro, y no tan sotilmente.

*Apertius mihi loquere, atque indoctius.*

Esto esta toscamente y rudemente compuesto.

*Id crasse compositum est. Ex Horatio.*

Así hablan los nuestros en nuestra aldea.

*Nostri sic rure loquuntur.*

El que dize lo que quiere, oyra lo que no quiere.

*Qui quæ uult, dicit: quæ non uult, audiet.*

*Terentius, Si mihi pergit quæ uult, dicere: quæ non uult, audiet.*

No es tiempo de arrepentir se quando es hecho.

*Serò sapiunt Phryges.) id est, Stultic factorum serò poenitet. Vetustum adagium, à Cicerone usurpatum.*

No es tiempo de tomar consejo, quando es tiempo ya de pelear.

*Animante tuba, galeatum serò duelli poenitet.) Hoc est, Hominem armatum serò poenitet belli, cùm tuba iam canit clâssicum. Iuuenalis.*

*Monet autem prouerbiu, seram esse poenitentiam, cùm iam consiliu mutari non potest.*

Galea, Capacete o gelmo. Inde homo galeatus. El que tiene puesto el capacete.

*Duellum, antiqui pro bello dicebant.*

Tuba, Vna trompeta.

Canere clâssicum, Tañer o dar alarma.

Canere receptui, Tañer a retraer se.

*Tempus est ut canamus receptui. Tiempo es que hagamos fin. Translatio.*

Vn loco no cree hasta que le viene algun mal.

*Stultorum magister est euentus.) id est, Stulti non nisi ex rerum euentu discunt.*

*Malo accepto, stultus sapit.*

*Factum stultus cognoscit.) Posteriora duo ex Græco uertit Erasmus.*



*Erasmus.*

Cuerdo es, quien escarmienta, y sabe por el peligro ageno.

*Feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Plautus.*

*Cicero, Noli nostro periculo sapiens esse.*

*Scitum est, ex alijs periculum facere. Hinc est vulgaris ille versiculus.*

*Felix quem faciunt aliena pericula cautum.*

Vn hombre prudente se corrige y enmienda por la falta de otro.

*Ex vitio alterius sapiens emendat suam. Ex mimis Publicanis.*

Quien haze bien, hallara bien.

*Manus manum fricat.*

*Manus manum lauat.*

*Gratia gratiam parit.*

*Beneficium beneficio prouocatur.*

Da me algo, y toma tu algo.

*Da aliquid, & aliquid accipe.*

Es menester hazer bien a quien lo haze.

*Par pari referendum est. Omnia ferè ab Erasmo.*

Aquello aun que no se diga se entiende.

*Illud uel indictum intelligitur. ) Vel indictum: id est, Etiam non dictum.*

*De hoc nihil est admonendum.*

*Indictum pro non dicto, utitur Horatius.*

No es cosa aparejada, no esta aquella cosa a la mano.

*Non est ea res in promptu.*

*Non est res parata.*

*Ad Calendas Græcas. ) sub. Fiet illud id est, nunquam fiet,*

*Græci enim Calendas non habent.*

De juez loco breue sententia.

*A temerario iudice præceps sententia.* ) Subaudi, Ferri solet.

*Præceps, id est, Subita & tumultuaria: ideoque stulta.*

No auiendo viento, vñ se se de los remos. Quien no puede por vna via hazer algo, trabaje lo de hazer de otra suerte mejor.

*Definitus uentis, remos adhibeat.* ) *Translatio à nautis.*

*Hic nauta.* Marinero.

*Hic remus.* Remo.

Ten para ti tus riquezas, y fortuna. *Hoc dici solet à nostratibus, in contemptum alienæ opulentia, aut potentia.*

*Tibi habe tuam fortunam.* ) *Quasi quis dicat, Nihil ego tui.*

Yo tengo en el pico de la lengua vna buena palabra, mas no me acuerdo.

*In primoribus labijs hæret mihi bonam uerbum: sed nunc non succurrit.*

Yo lo tenia en el pico de la lengua, mas traguelo.

*Hæreat mihi in summis labijs: he mihi, deuorauit.* ) *id est,*

*Excidit mihi.* Metaphora est *Plantina.*

Agora en esta hora lo tenia en el pico de la lengua.

*Modò uersabatur mihi in labijs primoribus.* Ex *Plauto.*

Yo halle vn hombre de mi suerte y manera.

*Par ingenium nactus sum.* ) *id est, Hominem eiusdem mechanicæ ingenij & uoluntatis.* Ex *Terentio.*

*Ingenium, hic pro natura & moribus ponitur.*

*Amicum paraui, qui est alter ego.* ) *Paraui: id est, Acquisiui.*

Ex *Cicerone.*

Yo he hallado vn amigo a mi contento.

*Obtigit mihi amicus ex sententia.*

*Varietas. Ex sententia, Ex animi sententia.*

Hara algo de ver, y señalado.

*Aliquod insigne faciet, Terentius.*

Yo me pondre y auenturare a todos peligros.

*Extrema omnia experiar. Sallustius.*

Con aquello contente mi animo, y me quite el  
hastio.

*Ea re expleui animum.*

No es necessario tomar lo todo a la rigor.

*Non necesse est omnia summo iure agere.*

*Terentius, Non necesse habeo, omnia pro meo iure agere.* Yo no tengo necesidad de tomar le todo a la rigor.

Hizo conmigo lo peor que pudo.

*Summo iure egit mecum. Ex Cicerone, Budeo interprete.*

*Summum ius.* El rigor del derecho, Rigor de iusticia.

*Summo iure,* A todo rigor.

Yo no soy tan osado.

*Non est mihi tam prompta audacia.*

*Non tantum ausim facinus.*

Estoy tan empedido en negocios ajenos, que yo no puedo entender en los mios.

*Alienarum rerum cura auertit me a mearum cogitatione. Ex Cicerone.*

*Rerum alienarum sollicitudo non finit me de meis cogitare.*

Hizo, y puso todo su poder y fuerça contra mi.

*Omnes suos effudit in me conatus. Ex Cicerone.*

Omnes



*Omnes effudit vires suas.*

Prouo, y tento en balde hazer aquello.

*Frustra conatus est.*) *Hoc est, Tentauit quidem, sed nihil effecit.* El trabajo de hazer lo, mas no cumplio nada.

Perfiguio me en todas las cosas que pudo.

*Omnes suos effudit in me conatus.*

Hizole y dixole lo peor que pudo.

*Omnibus rerum uerborumque contumelijs eum consecratus est.* Suetonius.

Haze del sordo.

*Audiens non audit,*) *id est, Audire dissimulat.* Huc pertinetia inuenias capite. P A C I O, 41.

No dize aquello de coraçon.

*Non dicit ex animo.*

*A mente abhorret eius oratio.*) *Abhorret: id est, Aliena est.*

*Animus haudquaquam uerbis respondet.*) *id est, Minimè conuenit.*

Bien se vee, esta claro.

*Res apparet.* Terentius.

*Manifesta res est.*

*Res est euidentissima.*

Yo te dexo passar muchas cosas.

*Large tibi indulgeo.*

*Plurimum tibi remitto.*

No hizo conmigo por rigor, o solto me de su derecho.

*De suo iure decebit mibi.* Ex Cicerone, Budeo interprete.

Haze lo por costumbre, o de costumbre.

*Consuetudine illud facit.*

Ni es bueno para si, ni para otros.

*Nec sibi, nec alijs prodest. Ex Cicrone.*

*Nec sibi nec alijs utilis.) sub. Est.*

*Nec sibi quidem bonus.) sub. Est: Hoc est, Tantum abest, ut alijs bonus sit, ut nec sibi ipsi prosit. Aun para si mesmo no haze bien, que hara a los otros.*

De vn mal pagador es menester tomar todo lo que pueden auer.

*Debitorem nactus improbum, semper auferat ab eo, quicquid poterit.*

*Nactus improbum debitorem: id est, Is cui obtiget debitor improbus. Aquel a quien cayo vn mal pagador.*

*Auferat.) Terentius. Nunquam adeo astutus fui, quin quicquid possem, mallet auferre potius in presentia.*

*Probus debitor, id est, Qui libenter & facile soluit. Vn buen pagador. Sic appellat Budæus. Sic contra, Improbus debitor: id est, Difficilis ad soluendum. El que pagua mal, y con dificultad.*

*Difficilem debitorem uocat Erasmus, qui cian possit, nolit quod debet, reddere.*

Buenos dichos me dio en pago.

*Dicit doctus pro datis mihi dedit. Plautus.) Pro datis: id est, Pro numeribus, aut beneficijs meis.*

*Me dactis elusit suis.*

Bia e pobremente.

*Duriter uictitat.*

En el collegio passamos, y sufrimos muchas miserias.

*In gymnasio durissime uictitamus.*

*In schola uitam parce, ac duriter agimus.*

In

*In ludo literario acerba multa perpetimur.*

*Perpetior, perpéterus, perpeſſus ſum, pèrpeti, Sufrir y paſar haſta el cabo.*

No es mas menefter eſperar. No ay mas eſperança.

*Deſperata res eſt.*

*Res eſt deplorata.*

Hecho es.

*Actum eſt. ſub. De re illa.*

No faltaua mas deſto por me acabar de hazer d eſdichado.

*Hoc mihi unum ex plurimis miſerijs reliquum fuerat malum. Terentius.*

*Ex omnibus malis id ſolum reſtabat mihi.*

Tu que quieres dezir de mi, mira te a ti, y callaras.

*Qui me ledere dente nis canino,*

*Te circumſpice: protinus tacebis.*

*Sic uertit Claudius Budinus amicus meus, uir amoeniſſimi ingenij.*

*In hanc ſententia extat adagium apud Eraſmum, Teipſum inſpice.) Hoc eſt, Stultum eſt in alterum dicere, quod in te poſſit retorqueri.*

Se caſſe, y conſumelle el pecador.

*Cor eius guttatim contabefcit. Plantus.*

*Contabefcit miſer. Terentius.*

*Dolore ac miſeria tabefcit. Terentius.*

El vende bien ſu trabajo.

*Operam ſuam percare uendit.*

*Plura uide ſub titulo P R E T I I.*



Tu te entremetes siempre en todo.

*Magnus es ardelio. Martialis.*

La obra se haze con heruor, y diligentemente.

*Feruet opus.*

La cosa es de si pequeña, mas llega me al corazón.

*Res ipsa parua: sed animi mei dolor magnus.* ) *sub. Est. Cicero.*

La cosa no puede estar en peor estado, que al presente.

*Peiore loco res non potest esse, quam in quo nunc sita est. Terentius.*

*Cicero, Peiore loco non potis est res esse.* ) *sub. Quam sit.*

*Potis est: Pro potest. Antiqué.*

La cosa es solamente començada, o cortada, no esta aun polida.

*Res est tantum inchoata, atque exasciata.* ) *Exasciata: translatum à fabris lignarijs. Ex Budæo.*

Tu estas fuera de mi gracia, y amistad. Tu as hecho, y acabado conmigo.

*Confregisti apud me tesseram. Plautus.*

*Metaphora est ab hospitibus. Erat enim tessera, symbolum hospitale. Hoc est, Signum, quo prolato cognoscebantur hospites, quoties redirent. Sic Erasmus.*

*Quid autem sit hospes, alibi docuimus.*

Tu te enuejceras en tus suziedades.

*In squallore tuo & pedore consenesces.*

No buscas otra cosa que la ociosidad, y holgar.

*Tu es otij amantiſſimus.*

*Nihil aliud quam otium queris.*

Tu

Tu eres vn notable holgazan.

Tu es insignis cessator.

Mas quieres holgar que no negociar, y trabas  
jar.

*Mais in otio esse, quàm in negotio.*

Tu acrescentaste tu mal hecho, y peccado.

*Conditionem tuam deteriorem fecisti.*

*Crimen tuum exaggerasti.*

Bien te has tratado.

*Te pulchrè tractauisti.*

*Curaſti probè cuticulam.*

*Genialiter epulatus es.*

*Te curaſti molliter.*

*Plura inuenies ſuprà.*

Tu no ſirues aqui de nada.

*Tu es ueluti canis in balneo. ) Hoc eſt, Tu es inutilis. Quid enim canis prodeſſe in balneo poteſt?*

*Hoc balneũ: Pluraliter hæc balnea, balnearum. Los baños, y lugar apropiado para bañar ſe.*

*Hæc balneæ, balnearum: idem quod balneum.*

*Hæc balnea, huius balneæ, non dicitur.*

*Vaporarium, El lugar de las eſtuſas. Græcè hypocaustum dicitur.*

Buena fama vale mas, que el dinero.

*Bona opinio, homini tutior pecunia eſt. ) id eſt, Quã pecunia.*

*Bona opinio, id eſt, Bonum nomen, fama, exiſtimatio. Ex minimis Publiensis.*

*Fama plaris quàm opes. ) Fama: ſub. Eſt: id eſt, Valet, eſtimatur.*

*Nomen opibus præponendum. ) ſub. Eſt.*

*Honeſtus rumor, alterum eſt patrimonium. Ex minimis Publiensis.*

*blianis.*

Yo foy el mas desdichado del mundo, que no ay  
desdicha que no me siga siendo ya perdido.

*Nulla mihi abest iam perditio pernicies. Ex Plauto.*

Todas las cosas se pasan.

*Omnia prætereunt.*

No quieras hazer aquello de lo qual despues te  
aya de pesar.

*Ne feceris, quod factum nolis. Factum: subaudi Esse. Hoc  
est, Noli id facere, quod te fecisse postea poeniteat.*

*Præcipitis consilij, comes est poenitentia.*

*Præceptis consilium: id est, Subitum, præcipitatum, & non  
satis examinatum.*

*Malum consilium, quod mutari non potest. Ex minimis Pub  
lianis.*

*Deliberandum est diu, quod statuendum est semel. Id est, De  
quo tantum seniel decerni potest. Vt de matrimonio, de  
cenobio. Ex minimis Publianis.*

*Cenobium, Vn monesterio, y conuento de frayles.*

*Cenobita, Vn frayle, y religioso.*

*Monachus, Idem quod cenobita.*

*Cænobiarcha, Vn abad. quasi cænobij princeps. Sicutia  
tur Budeus, pro abbate.*

El dia venidero traera consigo lo necessario.

*Crastinus dies sibi prouidebit.*

Mal aya quien cura, y mira lo que ha de venir  
mañana.

*Pereat, qui crastina curat.*

*Horatius, Quid sit futurum cras, fuge querere, & Quod  
fors dierum cunque dabit, lucro appone.*

Espera de otro lo que ayas hecho a otro.

KK



*Ab alio expectes, alteri quod feceris. Ex mimis Publianus.*

No ay hombre tan prouenido, y mirado que no yerre alguna vez.

*Nullus est tam lynceus, quin peccet aliquando. Cicero.*

Quandoque bonus dormitat Homerus.) Quandoque: id est, interdum. Horatius.

Vn hombre no es siempre sabio.

*Nemo mortalium omnibus horis sapit, Plinius.*

Recebir beneficio de otro, es vender su libertad.

Quien de otro toma, se obliga.

*Beneficium accipere, libertatem uendere est. Publius in mimis.*

*Vulgare est, Munera sumpta ligant.*

Lo demasiado no se ha de hazer.

*Nihil nimis.) sub. Faciendum est.*

Terentius, Nam id arbitror ápprime in uita essentile, ut ne quid nimis.) sub. Fiat.

Plinius, Perniciosissimum autem in omni uita quidem quod nimium: præcipue tamen corpori.) Quod nimium: sub. Est.

El que iuzga de presto, de presto se arrepien-  
te.

*Ad poenitentiam properat, citò qui iudicat. Ex mimis Publianus.*

Dicho, y hecho.

*Dictum ac factum.) id est, Citò. Quasi quis dicat, Simul dictum, simul factum. Aut, Tam cito factum, quàm dictum. Est enim, teste Donato, proverbium celeritatis.*

Yo te lo tornare, o boluere luego en la hora dicho, y hecho.

Dictum

*Dictum ac factum reddam tibi.*

Boluiolo luego en la hora.

*Dictum ac factum redijt. Ex Terentio.*

*Venustum erit (ut cetera prouerbia) si & parçè, & in loco utemur. Non enim adagia semper in ore habenda sunt: alioqui prorsus uilescunt.*

**DICTO CITIVS**, eandem habet significacionem: ut,

*Dicto citius id negotium confecero.) id est, Celerius quàm dici queat. Yo aure acabado esto luego en la hora.*

**DICTVM AC FACTVM**, una pars est orationis: Hoc est, *Qualitatis aduerbium.*

Locura es buscar, lo que te pese despues auer lo hallado.

*Stultum est querere, quod pigeat inuenisse.) Hoc est, Ne curiose multa scrutèris, ne fortè audias quæ non uelis. Nimis enim scrutando, interdum comperitur, quod sciatius sit ignorasse.*

*Pigeat: id est, Molestum sit.*

Lo que es dicho, es dicho, esto es, que vna vez echada la palabra de la boca, no puede no ser dicha.

*Nescit uox missa reuerti.) Caue igitur, ne quid temerè loquaris. Horatianum est.*

*Vox missa: id est, Emissa.*

*Idem Horatius, Et semel emissum uolat irreuocabile uerbum.*

No ha sido acostumbrado a ser subyeto.

*Nescit seruire.) id est, Seruire non didicit.*

Non consueuit.

Horatius. *Serviet eternam, qui paruo nesciet uti.*

No ay ninguno tam bueno, y manso que alguna vez no pierda la paciencia.

*Furor fit lesa sapius patientia) id est, Vir lenis & patiens, si sapius laedatur, tandem grauius irascitur. Ex mimis Publilianis.*

Haze os oueja, y comer os han los lobos.

~ *Nimta simplicitas facile dolis opprimitur. ) Dolis: id est, Fraudibus.*

Hic dolus, doli.

*Homo dolosus: id est, Fraudulentus. Vn hombre malicioso, engañador.*

No ay banquete que de hombre auaro, y apretado.

*Parci hominis lautissimum conuiuium.) subaudi, Est.*

~ Ningun mal viene sin otro, o vn mal acarrea a otro.

*Fortuna obesse nulli contenta est semel.) id est, Nullum malum uenit sine incurso alterius mali. Mimis est Publilianus: expositio Erasimica est.*

Par durar es menester sufrir.

*Superanda omnis fortuna ferendo est. Virgilius.*

Es menester padecer por esperança de bien auer.

*Bonorum spe ferenda sunt mala.*

*Publius in mimis, Feras quod laedit: ut, quod prodest, perferas.) Id est, Vt potiare comodo, feras incommodum. Sic Erasimus.*

*Plautus, Fortiter malum qui patitur, idem post potitur bonum.) Pro eo quod est, Potitur bono: Antiqué.*

*In eandem sententiam Virgilianus Aeneas suos consolatus, sic concludit,*

Durate,



**Durate, & uosmet rebus seruate secundis.)** Hoc est, Duri, fortes, & constantes estote in tolerandis laboribus: atque ita conseruate uitam uestram ad res prosperas in Latio perfruendas. Hoc est, Nolite rebus aduersis, & laboribus succumbere.

**He sententie multò fructuosiores erunt, si eas accommodabis ad crucem IESV CHRISTI, spe futurorum præmiorum, æquo animo serendam.** Neque enim semper est de terrenis cogitandum: at tollendi sunt quandoque oculi, ut cælestia contempler. Alioqui frustra, & in perniciem nostram Etionicorum monumenta legerimus.

Quien pierde lo que tiene, no puede auer paciencia, o pierde el sentido.

**Vix in damno quisquam sapit.**

**Amisissis rebus, nemo satis patiens.)** sub. Est.

**Quis serat æquo animo dispendium?**

El que vna vez es malo, siempre es tenido por tal.

**Fides (ut anima) undè abiit, nunquam redit.)** Hoc est, Vt uita semel amissa nunquam reuertitur: sic nec fides. Ex misis Publianus, Erasmo interprete.

Estropeçando muchas vezes, alguna vez haze mal al pie.

**Sæpius offendens, aliquando ledit pedem.)** Facilis metæphora. Nam quid sit offendere, alibi diximus.

Vn mesmo error hecho, y cometido alguna vez se castiga.

**Error sæpe repetitus tandem uindicatur.)** Id est, Punitur.

Enbalde se ruega, al que no tiene misericordia.

**Frustrarogatur, qui misereri non potest.)** Mimus est Publij.

Hase de sufrir pues que no puede ser otra cosa.

*Ferendum est, quando mutari nequit. ) Id est, Cùm mutari nequeat. ) sub. illud.*

*Publius in mimis, Feras, non culpes, quod mutari non potest.*

*Quando. Id est, Quoniam.*

*La fortuna señorea en todas las cosas.*

*Fortuna in omni re dominatur. Salustius.*

*Virgilius, Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum. ) id est, Quod uinci non potest.*

*Cobra buena fama y echa te a dormir.*

*Virtutis nomen haud facile extinguitur.*

*Es necessario ser ansi.*

*Illud necessitatis est.*

*Sic fieri necesse est.*

*Res est immutabilis.*

*Fieri aliter non potest.*

*Fue necessario hazer lo ansi.*

*Sic faciendum fuit.*

*Necesse fuit illud facere.*

*Id fieri necessitas coegit.*

*Huc impulit necessitas. ) Huc pro Illud: id est, Ad illud faciendum.*

*Quiera no quiera ha de passar por aquello.*

*Id faciet, uel inuitus.*

*Velit nolit, huc adigetur. ) id est, Cogetur, compelletur.*

*Tu eres muy tardo.*

*Citius pariunt elephanti. ) Adagium ex eo natum est, quod elephantes ( ut ait Aristoteles ) biennio foetum in utero gestant.*

*Hic elephas, elephantis: aut elephantus, elephanti: Vn elephante. Quod animal est omnium terrestrium*

*maximum.*

maximum.

El tiempo descubre todas las cosas.

*Tempus omnia reuelat.*) id est, Prodit, Patefacit, Palam facit, Manifestat. Citat Erasmus ex Tertulliano.

Cada dia hombre entiendo mas.

*Discipulus est prioris, posterior dies.*) Hoc est, Ex præteriti temporis experientia semper aliquid in futurum docetur. Ex mimis Publilianis.

Qualquiera cosa se alcanza con exercicio.

*Fabricando, fabrica discitur.*) Hoc est, Cuiuslibet rei peritia exercitatione comparatur.

*Vsus frequens, omnium magistrorum præcepta superat.*  
Cicero.

*Rem omnium magister est usus.* Cesar commentario secundo, de bello civili.

Uso y esperiencia señorean en las artes.

*Vsus & experientia dominatur in artibus.* Columella.

*Triviale est illud, sed Latinum tamen: Experientia est rerum magistra.*

La esperiencia enseña a muchos.

*Docet experientia multos.*

No se cognoce la gente por la cara: engaña muchas vezes la cara.

*Fronti nulla fides.*) sub. Est: Hoc est, Fallax sæpe est iudicium ex ulitu hominum.

*Fronti: id est, Vultui. Iuuenalis.*

No ay que fiat en nadie.

*Nusquam tuta fides.* Virgilius.

A vn malo otro malo.

*Malo nodo malus querendus est cuneus.* Ad verbum sic sona



nat, Para mal nudo de madera se ha de buscar mala cuña.) *MALO NODO, datus est.*

Para los temerosos, no ay ningun reposo.

*Nulla est metuentibus quies. Iustinus.*

En todas las cosas el medio es regla.

*In omnibus, mediocritatis regula optima est. Cicero.*

Vnde illud trinitale, *Medium tenuere beati.*

*Plinius, Hercule iudico, modum rerum omnium utilissimum.*

Cuelga de otros: Por si no sabe hazer nada.

*Semper ab aliorum collo pendet. Ex declamationibus Quintilianiani.*

Dos veces muere el, que con sus mismas armas perece.

*Bis interimitur, qui suis armis perit. ) Ut si quis hominem prouexerit, a quo postea oppugnetur. Como si alguno a alçado y puesto en estado a otro, el qual despues le combate, y le haze la guerra. Ex mimis Publiani.*

*Ouidius. Heu patior telis uulnera facta meis.*

Ay que soy llagado de mis mismas saetas.

*Interimo, interimis, interemi, interimere, interemptum: id est, Interficere.*

Quebraсте le sus fuerças.

*Fregisti ei conatum.*

*Hic conatus, huius conatus.*

Ha perdido toda la verguença.

*Perfricat faciem.*

*Frontem perfricit. ) id est, Omnem pudorem deposuit.*

Es vna muger sin verguença.

*Est mulier frontis perfricta.*

Tantas

Tantas opiniones, quantos hombres.

Quot homines, tot sententia. ) sub. Sunt. Terentius.

Horatius in sermonibus, Quot capitum uiuant, totidem studio-  
rum.

Millia. ) Hoc est, Quot hominum millia uiuant, totidem sunt  
studiorum (id est, uoluntatum) millia.

Virgilius, Scinditur incertum studia in contraria uulgus.

Tantas costumbres como tierras. En cada tierra,  
su costumbre.

Suus cuique mos est. Terentius.

Muchas cosas fuerça hazer la pobreza.

Hominem experiri multa, paupertas iubet. ) id est, Suadet.

Ex minimis Publij.

Multa, intellige, aut bona, aut mala.

Bona: ut aliquid ingeniosum excogitare, quod profit humano  
generi.

Mala: ut aliquod scelus admittere. Vnde illud uulgare, Ad tur-  
pia cogit egestas.

De bonis autem est illud Virgilianum,

Tum uariae uenere artes: labor omnia uicit Improbis, & du-  
ris uirgens in rebus egestas.

El tiempo acaba todas las cosas, esto es no ay co-  
sa tan difficil, que con tiempo no se haga.

Tempus omnia perficit.

Cicero, Nihil est quod non longinquitas temporum efficere,  
atque assequi possit. ) Longinquitas: id est, Diuturnitas.

Tu gastas el tiempo en nada, dexas passar el tiem-  
po en balde.

Nihil tibi uilius, quam tempus expenditur.

Tempus est tibi uilissimum.

No se puede hazer ganancia sin daño y perdida

de otro.

*Lucrum sine damno alterius fieri non potest. Publius in mis-  
mis.*

Qual es el amo, tal es el moço y criado.

*Qualis herus, talis seruus.) sub. Est, uel esse solet.*

*Seruus domino similis.) sub. Est.*

*Qualis heras, tales ancillæ. Hoc posterius uertit Erasmus ex  
Græco.*

Mas de prouecho, y menos de honrra.

*Satius est honoris, quam pecuniæ, iacturam facere.*

De prudente hombre es temer a su enemigo, aun  
que sea muy baxo y abatido, y de poco poder.

*Inimicum quantum humilem, docti est metüere.) Quantum hu-  
mitem: id est, Quantum uis infirmum, uel, etiam si sit infe-  
mus, Por pequeño y abatido que sea. Ex mms Pub-  
lianus.*

Quando el hierro esta caliente, entonces se ha  
de martillar.

*Hoc nihil est: nisi, dum calet, agitur. Ex Plauto.*

*Nunc ferrum in igni est.) id est, Negotium nunc maxime agi-  
tur.*

Iguales con iguales, parejos con parejos facilmen-  
te se allagan, y hallan bien.

*Pares cum paribus facillime congregantur. Ex Ciccone.*

*Similis similem sibi querit. Trimalce est, at Latinum.*

La hermosura, no dura mucho tiempo.

*Cito pereunt flores.) id est, Pulcherrima queque & iucundis-  
sima cito prætereunt.*

*Ouidius, Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad  
annos.*

Fit minor, & spatio carpitur ipse, suo.

Virgilius,



Virgilius, Optima queque dies miseris mortalibus æui.

Prima fugit. El buen tiempo no dura mucho.

Sic Baptista Mantuanus, Breuis est felicior æui conditio.

Es hermosa para sin bondad.

Est aurum suberatum.) Translatio est à nummo aereo extrinsecus inaurato. Sunt & alia eiusmodi multa: ut annulus & imago. Dicitur quoque potest de homine haudquâquam syncero. Est aurum suberatum.) Hoc est, nulla est in eo fides, licet probus ex vultu, appareat, No ay que fiar en el, aun que parezca bueno.

Por mucho contender la verdad se pierde.

Nimiam altercando veritas amittitur. Ex Publilianis mis.

Toda carne no es caça:

Aliter cātuli longè olent, aliter sues, Plautus.

Quien quiere comer el meollo de la nuez, necesario es que quiebre la nuez.

Qui è nuce nucleum esse vult, frangit nucē.) Esse, Comer, Abedo, es, Plautus.

Antes que ayas vencido, cantas ya el triumpho.

Ante victoriam canis triumphum.

A pequeños conuienen pequeñas cosas.

Paruum parua decent. Horatius.

A cuya es la mercaderia, es menester que la estime o ponga en precio.

Cuius est merx, eius est indicatio.

Tarde vienes, o no vienes a tiempo.

Serò uenisti.

Serò post tempus uenis. Plautus.

El remedio es tarde.

*Quid iuuat amisso claudere septa grege? Ouidius.*

*Serò sapiunt Phryges. id est, Troiani.*

*Serum est remedium.*

*Ouidius, Principijs obsta: serò medicina paratur,*

*Cùm malaper longas inualuere moras.*

El que responde, es obligado a pagar.

*Sponsor est soluendo obnoxius.*

Esta puesta para quien quiere.

*Habet pudicitiam in propatulo. Hoc est, Quibulibet prostituta est.*

Qual es el hombre, tales son sus palabras.

*Qualis uir, talis eius oratio. sub. Est. Seneca.*

*Que sententia in laudem quoque dicitur: Hoc est, A uiro bono, non nisi bona uerba proficisci.*

*Vulgare est illud, sed eleganter dictum:*

*Sermo hominum mores & celat: & indicat idem.*

No ay cosa mas cierta que eso.

*Id uerius est responso Apollinis. Sic ethnici dicebant de re uerissima.*

*Terentius in Andria, Non Apollinis magis uerum, atque hoc responsum est. Nos autem Christiani dicimus, Tam uerum est illud, quam euangelium.*

Cada vno tiene su vicio.

*Suum cuique uitium est. Suum: id est, Propriam ac naturale.*

*Vnicuique dedit uitium natura creato. Horatius.*

*Nemo sine crimine uiuit. Hoc est, Sine reprehensione, Ninguno biue sin reprehension.*

Nunca se encuentran dos montes.

*Nunquam duo concurrunt montes.*

Quien tiene y sabe officio, no le puede faltar de comer.

mer.

*Sua cuique ars pro matico est.*

Por dinero a qualquiera maldad se atreue, esto es, Toda cosa haze por dinero.

*Habet omnia uenalia.* ) *Hoc est, Ille pecunia facile ad quoduis scelus impellitur.*

*Omnia sunt Romæ uenalia.* En Roma se haze todo por dinero. *Hoc est quod Iuuenalis dixit, ) Omnia Romæ cum pretio.*

Sola virtud es nobleza.

*Nobilitas, sola est atque unica uirtus. Iuuenalis.*

Es menester, poner lo en tutela.

*Ad agnatos & gentiles deducendus est.* ) *Antiquam est adagium, quo mente captum quempiam exprimebant. Ex Varone.*

Vomito la beuida.

*Et uomit crapulam.*

Vn buen amigo por otro vela.

*Amicus amico uigilat.*

*Plautus in eadem sententiam, Nihil homini, amico est oportuno amicus.*

Vna vez no haze costumbre.

*Non una hirundo facit uer.*

*Mantuanus, Ver non una dies; non una reducit hirundo.*

Tarde o temprano el rico ha menester del pobre.

*Serius aut citius paupere diues eget.*

Facil cosa es dezir lo: mas haze lo es difficil.

*Loqui facile est, prestare difficile. Ex Lactantio.*

*Vtinam quidem tam multi benefacerent, quam multi loquantur bene. Idem author.*

No es menester atormentarse, quando la cosa no tiene



tiene remedio.

Quod perijt, perijt. Ex Plauto.

Quien tiene virtud, tiene todo. Harto es rico, quien es virtuoso.

*Omnia ad sunt bona, quem penes est uirtus. Sensus est, Omnia bona ad sunt ei, penes quem uirtus est: id est, Qui uirtutem habet, Plautus.*

*Virtus omnia in se habet. Idem.*

In hanc sententiam Varro, Non querenda est homini, qui habet uirtutem, penula imbri. id est, Ad imbrem, ad pluuuiam.

Todas las aguas van a la mar.

Quis fluius est, quem non recipiat mare? Ex Plauto.

Cada vno sea contento con le que tiene. Quien no tiene hartura, no tiene nada.

*Suis quisque contentus sit.*

*Pauper est, cui sua non sufficiunt.*

Harto rico es quien es sano, y tiene contentamiento con sus bienes.

*Satis diues, qui sanus, & suis contentus est,*

No es bueno dezir todo lo que se sabe.

*Plus scire satius est, quam loqui.*

Plus oportet scire seruum, quam loqui. Vn criado deue mas saber que hablar. Vtrumque ex Plauto.

Loco es, quien para si no sabe.

Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequicquam sapit. Hoc est, frustra sapiens est, qui sibi non prodest. Cicero.

Tu lo guardaste todo.

Seruasti omnem ratem. Hoc est, Omnia seruasti. Prouerbia lis est locutio ex Plauto.

Hoc autem dicit ad literam, Tu seruasti nauem cum rebus  
ipsis.

Yo quiero mas mi prouecho, que no el de otro.  
Proximus sum egomet mihi. Terentius.

Mi camisa me es mas cercana, que mi ropa.  
Tunica est pallio propior. Plautus.

In eandem sententiam est trinitale illud, Semper tibi proximus  
esto: Hoc est, Tibi in primis consule. Pienfa mas de ti,  
que de los otros.

Sed contra hæc Diuus Paulus ait, Charitas non querit que  
sua sunt.

Haze se aqotar siempre.

Tergum suum ictibus assidue subiicit.

Plautus, Tergum suum subiicit calcitrant ictibus. ) Id est, tam  
quam calcitrant supponit se uerberibus.

Tasso me mis palabras, que es, el me tasso quan-  
do, como, y quanto auia de hablar.

Finem statuit orationi mee. Ex Terentio.

Loquendi modum prescripsit mihi.

Prescripta uerba, Palabras determinadas y tassa-  
das.

Quæcumque dicit, uerba sunt prescripta, Todo lo que di-  
ze, son palabras tassadas. ) Sermo est ex iure ci-  
uili.

Ten la lengua: no seas parlero.

Digito compeſce labellum. ) Hoc autem proterbio mon-  
nemus celari, si quid est, quod prodi nolimus. Sæpius ta-  
men & commodius usurpatur, cum quempiam admonere  
uolumus, ne de ea re temere loquatur, cuius sit periculosa  
mentio.

Buena boca, o buena lengua, haz que no sabes. lo  
que

que habes.

Quod scis, nescis. ) id est, Quod scis, finge te nescire, & ita cela, quasi nescias.

## LVDVS PILAE PALMARIAE.

### CAPVT LIX.

A. Quieres jugar a la pelota? B. Plaze me, hagamos partida.

A. Visne ludere pila palmaria? B. Equidem uolo, sortiamur partes.

Varietas. Ludere, Certare, Contendere.

Varietas. Pila palmaria, Pila uolatili.

Varietas. Sortiamur partes, Fiat fortitio partium.

VOLO uariationem est sub capite Aduerborum, pagina 47.

A. Nosotros tres contra vosotros tres. B. Somos muy contentos.

A. Nos tres uobis tribus. ) sub. Colludemus. B. Maxime uolumus.

Varietas. Maxime uolumus, Apprimé uolumus. Nihil moramur, Volumus sané, Maxime placet. ) sub. Nobis.

A. Que quereys jugar? B. Vna pinta de vino.

A. Quanti multas ludere? Pinta uini.

Satis est scholasticis de sola uictoria contendere: praesertim cum uictum sit in gymnasijs, ne illi computationes in cubiculis agitent. Nos autem in hoc libello secuti sumus praerorum uerba: non quia semper probamus ita esse dicendum



cedendum, aut faciendum: sed ut ex eiusmodi uerbis, quasi themaribus, sumpto exemplo facilius Latine loqui doceamus. Non enim dubium est, quin uerborum proprietatem clarius intellecturi sint, ubi notis illis & quotidianis locutionibus, Latinae opponuntur formulae.

*Varietas.* Quanti uultis ludere? Quanti uultis certare? Quodnam uictoribus erit praemium? uel, Quae praemia feret uictor? Pintam uini.

*Quanti ludemus? Por quanto jugaremos?*

A. Yo no tengo dinero presente, yo te ruego Iuan, que salgas por mi, yo te lo boluere oy, por cierto. I. Que me plaze.

A. Non habeo praesentem pecuniam. Rogo te Ioannes, sponde meo nomine: certe hodie bona fide reddam tibi. Io. Maxime uolo.

A. Quien ira por ello? B. Dexame hazer, bien hallare quien ira por ello.

A. Quis petitum ibit? B. Tace, facile inueniam, qui petat.) id est, Qui petitum eat.

*Terentius, Tace egomet conueniam illum.*

*Quis petitum ibit?) sub. Vinam, de quo scilicet praecessit mentio.*

*Varietas.* Tace, Quiesce, Depone istam curam, De hoc desine sollicitus esse, uel sollicitari, Omitte istam curam, Relinque mihi istam provinciam. Da mihi hoc negotij.

A. Iugemos pues. Mas quien estara dentro en el juego. B. Vosotros: porque soys mas diestros, y sabeys mejor jugar. A. Yo no quiero, mas echemos suertes. B. Que tomas tu, lluvia, o sereno, y buen tiempo? A. Yo tomo lluvia. B. He aqui buen tiempo, vosotros auays

de recibir la pelota, y nosotros servir: id y començad.

- A. *Ludamus igitur. Sed utra pars prior excipiet pilam?*  
 B. *Vestra: nempe qui peritiores estis. A. Non sinam: at sorte potius experiamur: B. Vtrum optas, nubilum, an serenum?* A. *Nubilum. B. En serenum: nos estis priores excepturi. Transite illuc: atque auspiciamini.*

*Excepturi: sub. Pilam.*

*Varietas, Utra pars prior excipiet pilam? Vtri priores laessent?* B. *Vos, &c.*

Ea pues compañeros juguemos bien.

*Agite conuulsiões, certemus gnauiter.*

*Conuulsiões: metáphora est à re militari. Nec temere re, quia hic agitur de certamine. ) Nec temerè: id est. Nec frustra, non sine ratione hic accommodata est illa metáphora.*

A. *Nosotros tambien juguemos con diligencia, mas adonde sera el juego?* B. *A la cuerda.*

A. *Nos quoque non segniter agamus. Sed ubi erit ludi scopus?* B. *Ad suam.*

Ea pues començemos.

*Agendum, auspiciemur.*

Ea pues començemos en buen hora.

*Agè, bonis aubus incipiamus.*

Juega por prouar, y no por bueno. *Dictum ab exceptore: id est, Ab eo qui pilam excipit.*

*Fac præludium.*

Toma por prouar. *Dictum à laessente: id est, Ab eo qui pilam in lectum mittit.*

*Excipe iactum præludij.*

No

No quiero: juega por bueno si quieres.

Non patiar: lude sis serio.

Sis: pro si uis, antiquo more.

Cicero pro Roscio Amerino, Agè nunc, refer animum sis ad ueritatem.) Refer sis: id est, Refer si uis. Verbis enim imperatiuis, quia contumeliosa uidentur, addebant ueteres hanc particulam: ait Donatus.

Terentius in Eunuchò. Caue sis: nescis cui nunc maledicas iuro. Sic idem, & Plautus, uterque sepiissime. Ad leniendam igitur imperandi austeritatem, præsertim in sermone quotidiano, elegantes erunt particule. SIS, SONDES, QVAESO, OBSEURO: interdum etiam AMABO, interiectio blandientis.

A. Ea pues, echa la pelota. B. Toma yo la echo.

A. Agè, nunc pilam in tectum mitte,

Eia laceffe.

Agè, mitte pilam.) sub. In tectum.

B. Excipe: Ecce, mitto.

Bien esta, la pelota no toco al techo. Tenemos quinze.

Euge, pila non attingit.) subaudi Tectum.

Habemus quindecim.) sub. Numeros. Sic Erasimus accipienda esse ostendit.

Ad tectum non peruenit.) sub. Pila.

Tectum præteruolauit. Passo por cerca del techo, mas no lo toco.

Vicinus quindecim.) sub. Numeris.

Habemus triginta. aut,

Vicinus triginta.

Habemus quadragintaquinque. uel,



Vicinus quadraginta quinque.) Hæc tamen per eclipsim dici solent, *Quindecim, Triginta, Quadraginta quinque*: in delictis suppresso uerbo gratia compendij: id est, *Breuitatis*. Ceterum omnino ineptum est, quod pueri dicunt, *Quadra*, pro *Quadraginta quinque*.

A. No lo se bien, yo lo quiero demandar.

B. No toco por cierto, mira quanto te engañas.

Non satis est pueris, indulgeri sibi ut ludant: nisi Deum offendant etiam iurando?

A. Non satis scio: uolo disquiratur. B. Non attigit profectò: uide quàm fallaris!

Varietas. Non satis scio, Non certò scio, Haud certum scio. Incertus sum, Addúbito, Subdúbito.

Varietas. Volo disquiratur, Volo ut fiat disquisitio, Velim fieri disquisitionem.

Yo demando a vosotros señores los que estays mirando, no le toco?

Ad uos réfero, spectátore. Attigitne?) sub. *Pila teclum.*

Y si no quieren dezir nada, perderemos por esso?

Quid si nihil dixerint? Nostròne danno id futurum est.

Varietas. Nostròne danno? Nobisne fraudi? ) id est, *Danno.*

Dizen que no toco.

Negant attigisse.) Hoc est, affirmant pilam non attigisse teclum.

Afferunt non peruenisse.) sub. *Pilam ad teclum.*

Dizen que toco.

Dicunt attigisse.

Afferunt pertigisse.

Ea juguemos adelante, tenemos quinze a quinze.

*Agē, ludum prosequamur: habemus quindēnos.) sub. Nōneuros. id est, Vtrique habemus quindecim.*

Estamos treynta a treynta.

*Habemus tricēnos.*

*Vtrique triginta.) sub. Habemus.*

Estamos a dos, que es, que cada vno tiene quarante y cinco.

*Habemus quadragenos quinos.) id est, Vtrique quadragintaquinque.*

*Cur non dixisti, Pares sumus? Ne fiat amphibologia. id est, sermonis ambiguitas.*

Tengo lauentaja, y mejoría del juego.

*Habeo potiores.) sub. Partes. Sic Erasmus.*

Tengo quaranta y cinco con aquella chaça.

*Habeo quadraginta quinque cum illo término.*

Estamos a dos de juego, que es, que cada parte tiene iguales juegos.

*Vtrique tres lusus euicimus.*

*Vtrique tres ludos habemus.*

*Habemus ternos.) sub. Ludos: id est, Vtrique tres.*

*Habemus binos, Cada vno dos juegos.*

*Habemus quaternos, Cada vno quatro.*

*Habemus singulos, Inego a juego.*

Yo tengo lauentaja del juego.

*Vici ludorum numero.*

*Varietas. Vici, Superior sum, Súpero, Excēdo.*

Haz vna buena chaça.

*Emitte longinquum terminum.*

*Hic terminus, término.*

*Varietas, Terminus, Meta, Chaça. Sic utroque utitur Erasmus.*

Señala la chaça, porque no se oluide.

*Signa terminum.* ) Hoc est. *Signa locum, quò pila decedit.*

Pone notam.

*Signa terminum, ne excidat.*

Tenemos dos chaças harto buenas.

*Habemus duas metas satis longinquas. uel, satis procul sitas.*

No esta en tu mano de auer estas dos chaças tan apartadas.

*Non tibi est in manu, ut istos duos terminos tam remotos, prætercurrat.* ) Non est tibi in manu,

No esta en tu mano. No esta en tu poder.

*Varietas. Non tibi est in manu, Non est in tua manu, Non est penes te, Non est tuarum uirium.*

*Varietas. Prætercurrat, Súperes, Exúperes, Prætergrediatis, Transilias.*

Pedro pon te en aquel rincón, y tu Iuan esta en medio, yo estare y aguardare de aquí.

*Tu Petre, concède in illum angulum: tu Ioannes in medio confiste: Ego hic obseruabo.*

*Varietas, Concède in illum angulum, Occupa illum angulum.*

Cada vno guarde y defienda su lugar bien, porque si perdemos esta chaça, auemos perdido el juego.

*Suum quisque locum strenuè defendite.*

*Suum quisque locum gnauiter tueatur.*



*Suum quisque stationem diligenter tutamini. Nam amisso illo termino, hic ludus nobis perierit.*

*Statio proprie locus est militibus in praelio ad defendendum assignatus. Hic igitur translatio est à re militari.*

Cada vno de nosotros defendi bien su lugar.

*Suum quisque locum fortiter defendamus.*

Esta tu en tu lugar.

*Tu tuo consiste loco.) sub. In.*

Tu pon te detras de mi.

*Tu mihi à tergo consiste.*

Ten la pelota.

*Siste pilam.*

Ten la bien.

*Siste diligenter.) sub. Pilam.*

Guarda bien ay do estas.

*Observa istuc sedulo.*

O bien hecho, nosotros auemos ganado la primera chaça.

*O factum bene: priorem terminum superauimus.*

*Euge, bene cecidit: priorem metam prætercurrimus.) Euge, interieclio est exultantis, siue gaudentis.*

*Varietas. Bene cecidit, Successit, Prosperè cessit. In singulis subauditur nominatiuus RES.*

Yo tengo tan buen juego como tu. Quieres que tornemos a jugarlo?

*Sors est mihi æque bona tecum. Vis ut iactus iteretur?)*

*Æque bona tecum: id est, perinde bona, atque tibi. Tam mihi bona, quam tibi.*

*Eadem tecum mihi est conditio. Vis ne pilam rursus mittis?) sub. In tectum.*

Non sum deteriori, quam tu, conditione.) Quam tu: subaudi es.

La cosa esta dudosa, y en contienda.

In dubio res est.

Res est controuersa.

Yo tengo mejor juego que tu.

Mea potior est conditio.

Inclinat res in partem meam.

Midamos.

Metiamur.

La mia es mejor, que la tuya de vn dedo.

Vinco te uno digito.

Yo no te creo, yo quiero tambien medir como tu.

Non tibi credo: uolo & ipse metiri.

Nolo tibi credere, ego quoque metiri uolo.) Quoque: id est, sicut & tu mensus es.

Varietas. Non tibi credo, Non tibi satis fido, Non habeo tibi fidem.

Todo es vno, tu lo vees ea tornemos lo a jugar.

Facile uides nihil interesse. Age, repetamus iactum.

Passo por debaxo la cuerda.

Misisti infra funem.) Misisti: sub. Pila.

Yo la eche por cima la cuerda.

Supra funem misi.

Toco la cuerda o foga.

Térigit funem.) sub. Pila.

No vale nada.

Non est iactus legitimus.

Tu dequiste la pelota con tu bonete.

*Tu stitisti pileo.*) *sub. Pila.*

Tu la tocaste del primer salto.

*Tetigisti primo.*) *sub. Resultu.*

Tomastela del segundo.

*Excepisti secundo.*) *sub. Resultu.*

La pelota no torno hazer salto.

*Pila non fecit resultum. uel,*

*Non resiliuit.*

Hizo vn salto engañoso.

*Fallacem resultum fecit.*

*Obliquè resiliuit. uel,*

*Resultu sefellit.*

Yo la tome de volea.

*Excepui uolatu.*

La pelota passo por encima de mi.

*Pila me transuolauit.*

Passo cerca de ti.

*Te pila præterijt.*

*Præterire.* Passar cerca, o ante alguna cosa, o passar

allende.

Passo cerca de tu lado.

*A latere te præterijt.*

Casi te toco, no se salto mucho que no te tocaste.

*Te penè tetigit.*) *sub. Pila.*

Hiziste vn buen reues.

*Auersam manu scitè retorsisti.*) *sub. Pila.*

Tornar la a echar, y a dar del vno al otro.

*Retorquere pilam.* Rechaçar la pelota.

*Varietat. Retorquere, Repellere, Reficilere, Repercitere,*

*Referire.*

Rechaça la pelota de volea.



Repelle pilam reuolantem.

Iuguemos a pelotear.

Ludamus pila reciproca. Vel,

Ludamus pila datâtim.

Tu no juegas deuidamente.

Haud legitime ludis.

Præter morem ludi facis.

Non rectè ludis.

Tu no das buen juego: no echas bien la pelota.

Non satis commodè mittis.

Ansi como tu la echares, te la tornare a echar.

Vt miseris, ita remittam.

Yo no juego de bueno, porque tu estas delante el juego.

Non ludo seriò: quia pilæ obstat.

No ay juego, esto es, no llego al termino puesto.

Non transijt scopum. sub. Pila.

Ay juego: esto es que passo el termino puesto.

Transijt scopum. ) sub. Pila.

Cuenta tu juego.

Ede tuos numeros.

Dinânera quidnam habeas.

Numera tuos lusus. Vel, tuos ludos.

Iuega. Dicitum ab eo, qui pilam sit excepturus.

Mitte. sub. Pilam in tectum.

Iuega. Dicitum ab eo qui pilam missurus est.

Excipe. ) sub. Pilam.

En nuestra mano esta la victoria, sera por nuestro descuydo, si no ganamos.

In manu est nobis uictoria. ) id est, in nostra potestate.

Victoria

Victoria est nobis in manibus.

In nostra potestate victoria est.

Penes nos est huius certaminis victoria. Penes nos: id est, In  
nostra potestate.

Tu no dixiste, I V G A D.

Tu nihil prefatus es.

No vale nada, porque no dixiste I V G A D.

Frustra misisti, utpote nihil prefatus. id est, Quia mittendo  
pilam, nihil prefatus es.

Nullus erit ille iactus, quia nihil prefatus misisti. ) sub. Pi-  
lam: id est, Quia tu misisti pilam, cum tamen nihil prefa-  
tus esses.

No resta sino vna mano, ea tomemos es fuerço,  
seamos hombres.

Vnicus restat iactus. Eia prestemus nos uiros.

Vna sola mano queda ea tornemos a tener animo.

Vnus iactus ludum finiet. Agè, recipiamus animum.

Ten fuerte y dura Pedro, si tu nos de xas fomos  
perdidos.

Dura que so, mi Petre: si nos deseris, perimus.

Este juego es nuestro.

Noster, hic ludus est.

Nosotros tenemos la partida. Vosotros lo de-  
ueys.

Tota nostra est victoria. Vos autem debetis, Vel, Nobis estis  
debitores.

Nos omnino uicimus: nos uerò prorsus uicli estis.

Omnino sumus uictores: nos autem debitores.

Mas vosotros serays contentos de tornar a ju-  
gar, y que nos vengemos.

At reddetis nobis certaminis potestatem. Ex Quintiliano.

At

At nobis facietis lusus repetendi copiam.

Ea pves, tornemo nos a vengar.

Agè reuincendi causa certámen instauretur.

A. Como quereys jugar agora? B. A desquitar, o a pagar doblado.

A. Qua nunc conditione certare uultis? B. Ut aut soluii simus, aut debeamus duplum.

A. Quanti nunc uultis contendere? B. Quantum debemus. ) id est, Tanti contendere uolumus, quantum iam debemus.

Otro tanto como deuemos, queremos tornar, a jugar.

A. Non placet mihi conditio. Ludemus dimidio. ) id est, Dimidia parte. ) sub. Debiti.

A. A quantos juegos sera la partida? B. A tres sin mas jugar.

A. Quot ludis stabit uictoria? B. Omnino tribus.

A. Quoto lusu uictoria constabit? B. Ad summum tertio.

La partida sera a tres juegos.

Tribus ludis stabit uictoria. ) Stabit: id est, Constabit.

Tertio lusu pars alterutra uicerit.

No aura mas juegos, mas aquellos que tendran primero tres juegos ganaran.

Vtra pars tres lusus prior uicerit, uictrix erit.

Todo sera para beuer.

Totum lucrium insumetur in computationem.

Quicquid erit lucri, computatione dicabitur.

Non decet scholasticos (ut alibi admonuimus) in cubiculis contra maiorum precepta computare. Cur igitur (inquis) ludam? Ut animum relaxes: Ut corporis exercitatione ualenti-

tudini consulas. Nonne, quod ludis, indulgentia est? Quid si lusiones omnino tibi negarentur? Viue igitur contentus

ista



ista magistrorum tuorum uenia: ne, dum licentiæ nimum  
 usurpas, id amittas quod tibi indulgetur. Obedi puer præce  
 ptoribus tuis, ut diuinæ pareas uoluntati. Sic enim iubet  
 Petrus, sic Paulus: ambo apostoli, ambo sanctissimi. Et ij  
 quidem non à Platone: non ab Aristotele: sed à spiritu  
 Dei hanc doctrinam acceperunt. Quid quæso censes futu  
 rum, si in scholis, in tanta frequentia, in turba effrenata,  
 eiusmodi comotationes permittentur? Quid (inquam) fu  
 turam censes? Nimirum, ut arcem Mineruæ sapientissimæ  
 temulentus inuadat Bacchus, ut castos Musarum fontes li  
 bidinosa Venus possideat, Hoc est, Ut pro continentia re  
 gnet crapula & ebrietas: pro pudore & castitate, libido  
 atque intemperantia dominetur. Quid enim Venus ebria  
 curat? Tales pestes à gymnasijs CHRISTVS, precor,  
 Optimus Maximus procul repellat. Nulla est sanctior ui  
 ta, quam scholastica: nullum gymnasio religiosius coeno  
 bium, si illic, ut decet, uiueretur. O fortunatos nimium, si bo  
 na sua norint, scholasticos. Memineritis obsecro pueri,  
 Memineritis adolescentes etymologiæ uestrorum nomina  
 rum. Cur enim pueri? Quia pueros, castos, continentes,  
 sanctos & immaculatos esse uos oportet. Sanctus enim est  
 Dominus Deus uester, qui uos non uocauit in immunditi  
 am: sed in sanctificationem. Cur autem adolescentes? Nemo  
 pe quia dum adolefcitis, id est, annis crescit: simul uirtu  
 tibus crescere debetis: ut in uiros paulatim euadatis. Quid  
 autem est uir, nisi consummatæ uirtutis homo? Quan  
 obrem date utrique operam, studete, laborate, ut nominum  
 uestrorum originem possitis integram conseruare: Hoc  
 est, Ut pueri puritatem sartam tectam tueamini: adolescen  
 tes uero bonis cum literis, tum moribus & sana doctrina  
 in dies accrescatis, atque in uobis locum habeat sapientis  
 simi

simi regis, ac uatis eminentissimi diuinum illud oraculum,  
 IBUNT DE VIRTUTE IN VIRTU-  
 TEM. Et quoniam in hanc ipsam mentionem incidimus,  
 uelim paulò (si placet) liberius de re seria, uestròque pro-  
 fectu uobiscum agere.

Quoniam igitur omnis proficiendi ratio atque adeò omne bo-  
 num à Domino Deo proficiscitur, ad hunc uestræ erudi-  
 tiõnis principium, ad hunc uestri omnes conatus referan-  
 tur. Hoc est, Certò credite, nullo studio, nullo labore, nul-  
 lis quàm libet eruditus præceptoribus, uos absque eo cõn-  
 sequi posse, ut faciatis aliquem profectum, uobis ad animæ  
 salutem (sine qua uana sunt omnia) profuturum.

Pròinde, si in moribus, si in ipsis literis auētis ex animi sen-  
 tentia proficere, Deum unicè amate, Deum pie cõlite, in  
 Deo spem uestram reponite, ad Deum, ueluti ad scopam,  
 studia uestra omnia dirigite: huic uni acceptum referte, si  
 quid uobis inerat boni: denique uos illi pia precatione &  
 sæpe, & ex animo commendate.

Libenter & legite & audite uerbum Domini: nec solum per  
 occasiõnem audite, sed etiam de industria querite. Huius  
 enim uel unica sententia plus confert ad uitiosas animi  
 affectiõnes emendandas, & malos mores corrigendos,  
 quàm omnes omnium ethnicorum præceptiõnes atque mo-  
 nimenta.

Prima igitur sit uobis cura rerũ diuinarũ: morũ deinde bone-  
 storũ, postremò doctrine politiõnis ac erudiitiõnis bone-  
 Ab omni turpitudine & corpus & animam abstinete, ut me-  
 di sitis in conspectu Dei. Si quidem pretio empti estis cha-  
 rissimo, nempe sacratissimo Domini nostri IESU  
 CHRISTI sanguine: quo nihil fuit in rerũ natura pre-  
 tiosius: imò cuius unica guttulæ ue totus quidem mundus  
 compar

comparandus sit. Nolite ergo tantum uestre redemptionis pretium uilissimè proculcare.

Diligite uos inuicem exemplo CHRISTI, qui uos & gratis, & ultro ita dilexit: ut semetipsum pro uobis, & uestris noxijs in mortem acerbissimam dederit.

Alter alterius ónera portate: sic adimplebitis legem CHRISTI, ait diuus Paulus. Portabitis autem alter alterius ónera, si mutuis officijs uos adiuuabitis: si uicissim offensas remittetis nulla ultione quæsita, si prauos & corruptos mores dissuadère, si optima quæque suadère, & quicquid boni didiceritis, benignè cū omnibus cõmunicare gaudebitis.

Exercete uos honestissimis disputationibus, citra ullū odium aut malevolentiam. Nec tantum id faciendum erit tempore ad eam rem in gymnasijs præfinito: sed quoties oblata fuerit alicundè occasio. Acuit enim ingenium frequens disputatio: memoriãque confirmat.

Nec parum profuerit de studijs sæpiissime cõferre, prælectiones simul repetere, & de dubijs modò peritióres condiscipulos, modò ipsum doctorem consulere.

Certate inter uos non de inéptijs, non de scurrilitate, non de mendacijs, non de coloribus (quod est demonum inuentum ad turbandam scholarem concordiam, & inimicitias perpetuò fouendæ) sed de Latino sermone, de uerborū proprietate, & elegantia, de conscribendis epistolis, de moribus & officijs in omni uita seruandis. Solebat Cicero (ut Macrobius refert) cum Roscio nobilissimo histrione contendere, utrum ille sæpius eandem sententiam uarijs gestibus efficeret: an ipse per eloquentiæ copiã sermone diuerso pronuntiaret. Talis esse debet scholasticorum æmulatio, talis contentio. Nihil enim pulchrius, nullam honestius certauit inter adolescentes ingenuos esse potest



potest: quàm uirtutis amore contendere, quis probitate, & morum honestate præstabit: quis eleganter scribendo, quis Latine loquendo eminebit: quis copia tum uerborum, tum rerum antecedit.

Quàm pulchrum est dici, Hic est huius scholæ probissimus adolescens: hic studiosissimus: hic doctissimus classis: hic innocentissimus, hic diuini cultus obseruantissimus. Semper aliquid aut legit: aut scribit: aut ediscit: aut commentatur: semper à præceptore quoquam percontatur. Numquam iurat: mentitur nunquam: uernacule nunquam loquitur: nemini unquam maledicit: de uirtute, aut literis, aut rebus diuinis nusquam non uerba facit. Cum prauis sodalibus uersatur nunquam: sed aut cum studiosis semper, aut cum libris suis fabulatur. Nunquam neque uapulauit, neque delatus est, nec in maleficio deprehensus. Quid plura? Continens in mensa: attentus in auditorio: in cubiculo quætius: modestus in lusu: uenerabilis in templo. Quis unquam de illo questus est? Quem pulsauit? Quem frustra tus est? Quem irrisit? Quem irritauit? Cui retulit iniuriam? Cui officium denegauit? Equis ingratiuam sensit eum? Equis tenacem? Nunquis pertinacem aut improbum? Cui tanquam iratus est? Cui imprecatus? Cui comminatus? Cum quo uisus est rixari? Cui fidem, cui promissa non seruauit? Ille est mansuetus, & comis, & affabilis, & uerecundus: nusquam morosus, nemini molestus, ubique gratissimus. Omnium mores facile patitur: aduersatur nemini: nunquam se alijs anteposit. Odit nenumem: auari uerò sudet ab omnibus: deq; omnibus bene mereri. Charus est præceptoribus: condiscipulis incundus: omnibus acceptus. Quis illum superbiam nouit? Quis inuidiam? Quis contumacem? An quisquam est præceptoribus obedientior, aut maiorum reuerentior,

tior, aut cum bonis omnibus magis conueniens? Etenim minores non despiciat: maioribus non inuidet: ab equalibus non dissentit. Denique nihil hoc adolescente gratiosius, nihil humanius, nihil amabilius, nihil exactius: adeo ut omnis honestatis specimen & exemplum, uere & merito dici possit. Sed quò tandem rapior, studiosi adolescentes, uelut instituti mei penè immemor? Hæc ferè sunt & liberalis, & probi adolescentis officia: quibus dotibus aut certe aliqua eorum parte, si quis inuenitur perditus: non extollat sese, non efferatur, non gloriatur, quasi hæc aut à seipso habeat, aut ab hominibus acciperit: sed cum omni gratiarum actione eiusmodi omnia ad Dei conditoris ac beneficentissimi largitoris gloriam referre meminerit.

Sed ut ad propòsitum redeamus, sit illa inter uos optimi adolescentes honesta de rebus honestis concertatio. Quòd si tale certamen uobis proponetis, certè breuissimo tempore profectum uestrum non modò sentietis animo: sed ipsis quoque oculis perspicuè cernetis.

Cauete pueri, cauete inquam, ab istis nebulonibus prauis, improbis, dissolutis: qui uidentur inter se certamen instituisse de omni nequitia, & moribus perditissimis. In istis enim ut quisque est corruptissimus, ita laudatissimus habetur. Hæ sunt gymnasiarum pestes, hæc uenèna, hæc progenies uiperarum. Hi sunt, qui optimi cuiusque mores corrumpunt: aut, si id nequeunt irrident, odio infelantur, sæpe etiam uerberant. Si Latine & honestè loqui pro uiribus nitèris, statim audies hæc aut similia uerba, IPSE FACIT ELEGANTIAS: Et, QUASI DICAT, EGO SUM DOCTVS. Signa uerò incumbes in bonas literas, continuo ab istis dicèris, Patria, Chimera, Hypócrita. O surdos Gymnasiarchas, si hæc non audiunt! O supinos, si audientes

disimulant? Cur enim pestes illas pestilentissimas non curant? aut, si curari nequeunt, cur non mature abigunt, ne grex totus misere pereat?

Tu vero adolescentule, alumne uirtutis, noli óbsecro irrisores inuiscerum fornicare: quin a sece potius eos omnino contemere. Tu ó stultissime, dum istis nebulombus manus óbsequi, quam tuis seruire commodis, tandem in tua ignorantia & barbarie consenesca. Audire times eorum uoces in epistolis: pudet te eorum illis eleganter & Latine loqui: at quanto magis olim ubi erubescendum erit, cum inter doctos ignarus, elinguis, mutus uersabere, cum inter eloquentissimos plane obmutescas: aut, si conaberis hiscere, terito quoque uerbo laberis fecidissime? Quid igitur, inquis, faciam? Vno uerbo atque tibi, atque ita finem faciam tui abortandi.

In primis ab istorum congressu te ipsum quantum potes, subtrahere: deinde si quando cogèris eorum audire ineptias, surdis auribus accipito, nihil eis respondens: ne forte crasbrone, quod aunt, irrites. Facile contemnet omnia huiuscemodi puerilibus deliramenta, qui sui profectus, & rei, & honoris semper studiosus erit, atque memor. De cæteris nos preceptores admonebunt, inuò Deus ipse abunde suppeditabit omnia, si uosmetipsos eius arbitrio permittetis. Valete pueri adolescentisque honestorum studiorum amantiissimi. Gratia Dei, & Domini nostri IESV CHRISTI cum omnibus uobis. Amen.

AD QVENVIS  
LECTOREM.

Vine, uale, siquid nouisti rectius istis,  
Candidus imperti. si non, his utere mecum.



V T A D C H R I -  
 S T V M P V E R I S T A -  
 T I M A C C E D A N T, C A R -  
 m e n P a r æ n e t i c u m, i n  
 h a n c i p s i u s C H R I -  
 S T I s e n t e n -  
 t i a m,

*Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis  
 eos. Talium enim est regnum Dei. Marci X. &  
 Matthei XIX. Item Luca XVIII.*

P V E R O P V R E P R O -  
 F I C E R E C V P I E N T I, S A -  
 L V T E M A C H R I -  
 S T O I E S V.



**Q**UAM non dent homines, opto tibi corde  
 salutem,  
 O puer. A Christo pax tibi, vita, salus.  
 Moribus humanis multi docuere beatè  
 Vivere: sed paucis profuit iste labor.

Nanque ad civilem retulerunt omnia vitam:

Nec de summo illis nomine cura fuit.

At nos, quos summus præceptor ad alta vocauit,

Addeet in primis querere mente Deum.

Est Pater æternus: qui nos, nobisque creauit

Omnia: nos autem puluis & umbra sumus.

Ille quidem lux est: quæ mentes undique lustrat:  
 Nos uerò tenebræ, noxque profunda sumus.  
 Ipse suum nobis natum demisit ab alto:  
 At gratis, nostro non pretio aut meritis.  
 Dicitur is CHRISTVS: proprium cui nomen IESVS.  
 O nomen, melius quo nihil esse queat:  
 Seruatoris enim signat uenerabile nomen:  
 Vt pote quo nobis est reparata salus.  
 Hic nos afferuit: moriens à morte redemit:  
 Se nobis moriens tradidit in pretium.  
 Ille est seruator, qui nos in sanguine lauit,  
 A quo uno pendet uita, salusque hominum.  
 Factus homo nobis, æterna à morte redemit  
 Morte sua, infami nomine, nempe crucis.  
 Morte satisfecit nostræ pro crimine mortis:  
 Se nobis moriens tradidit in pretium.  
 Sic nos afferuit, sic libertate reducta,  
 Traxit ab æterni carcere seruitij.  
 Per natum in natos Genitor nos summus adoptat,  
 Cùmque ipso heredes, participesque facit.  
 Nunc quoque semper adest nobis patronus: & eius  
 Assiduis precibus fleclitur ille Pater.  
 Impetrat hæc nobis, Deus ut Pater ipse remittat  
 Omnia: det nobis quicquid habemus opus.  
 Quisquis eum sequitur, tenebris non errat in atris,  
 Sed uitæ æternæ lumina semper habet.  
 Ille uiam cæli cunctis monstrauit aperto  
 Tramite: & æternæ quale salutis iter.  
 Dux idem, atque uia est: quæ uitam ducit ad illam  
 Est ubi lux, & pax, & sine fine quies.

Hæc

Hæc uia non fallit: non præceptis ducit in antrum,  
 Hæc unquam nemo qui uia aberret erit.  
 Ergo accede puer: toto pete pectore Christum:  
 Qui regit, & tutas perdocet ire uias.  
 Vnica sufficiat tibi Christus formula uitæ,  
 Quam sibi tot sancti proposuere patres.  
 Eius ad exemplum mores componere disce,  
 Hunc propone tibi protinus archetypum.  
 Hunc tibi doctorem præ cunctis elige certum:  
 Quo sine, profectus nil nisi sanus erit.  
 Si desit Christus, nequicquam discis: & omne  
 Est uanum, quicquid proficere ipse putas.  
 Felix quem doceat lenis præceptor Iesus.  
 Nam sine uerberibus nos docet, atque metu.  
 Quinetiam gaudet nulla mercede docere:  
 Quodq; magis mirum, quem docet, hunc & alit.  
 Dat sine mensura cunctis: nihil exprobrat ulli.  
 Audit, amat, dulci corrigit eloquio.  
 Est comis, placidus, uerax simul, atq; fidelis.  
 Est facilis, simplex, mitis & innocuus.  
 Quid precor esse potest Christo iucundius usquam?  
 Dulcius aut melius quid precor esse potest?  
 Indoctumne putas illum esse, paruum disertum?  
 Eloquio linguas imbuat, arte animum.  
 Illius est uerbum longe flammantius igni:  
 Quod qui concipit, frigidus esse nequit.  
 Afficit, inflammat, mira dulcedine cunctos  
 Allicit: & sensus pectoraque intus egit.  
 Ille nec obruitur turba, quam suscipit omnes.  
 Omni accedenti fautor amanter adest.  
 Nec tamen expectat uenientes, aduocat ultero:



Admonet, & promptam porrigit ipse manum:  
 Si modo non renuas accitus adesse uocanti.  
 Nam cessator ei displicet omnis iners.  
 Quid moror? in primis pueros complexus amore.  
 Illorum tenerum prouehit ingenium.  
 Ad se optat pueros pura ciam mente uenire,  
 Quos magis atque magis purificare cupit.  
 Talibus ipse sinam regnam promittit, & eius  
 Expetit eternum participes fieri.  
 Ergo age chare puer Christum complectere, gratis  
 Qui uocat, & gratis qui tibi doctor adest.  
 Ac etiam cessas? Dubitas accedere? quid te  
 Detinet? O dubia credulitate puer!  
 Hunc pete, si me audis: huic uni semper adhere.  
 Quo propius uenies, hoc magis letus eris.  
 Ille tibi poterit patris exorare fauorem,  
 Hunc solus poterit conciliare tibi.  
 Sed quid opus uerbis? quid opus te plura monere?  
 Omne bonum menti suggeret ille tuae.  
 Deniq; si tantum continget habere magistrum  
 Mi puer, o quantas experiëris opes!

F I N I S.

ALIVD

# ALIVD CARMEN EXHORTATORIVM,

Disce loqui proprie doctorum exempla sequendo.

Da, puer, & linguam disce polire tuam.

Hinc exc. ola petes puris e fontibus hausta,

Quoria: presidio barbariem excutias.

Excute barbariem, Romanis utere uerbis,

Excolat ingenium lingua Latina tuam.

Nec satis esse putes, sermonis adesse nitorem:

Omnis sermo nocens absit ab ore tuo.

Absit ab ore tuo laxæ petulantia lingue.

Christi discipulum non licet ista loqui.

Non pudet o demens à Christo ducere nomen:

Et caput in nullo uelle referre tuum?

Hunc studeas queso uerbis, uitaq; referre:

Quo nihil in uita dulcius inuenies.

Si ferus es, discas ab eo mitescere: dum tu

Accipias animo quæ documenta dedit.

Mente puer purus, uitaq; & moribus esto.

Comis adulescens cresce per omne bonam.

Nec te pœniteat contemptum ciuilibus esse

Artibus, accedat si pietatis opus.

MM 4

LARMEN

stad

sanctia - a -

capitancia iel

aliquid in ca

del con gite

recedit

le harte

de harte

LVGDVNI,

Excudebat Ioannes

Frellonius.

1551


de paratiis del d. i. h. e.

facto a ... in d. i. h. e.

Insigne del ...







Madrid  
1780

Comandante  
D. Juan de  
Caceres  
V. de  
F. de

de  
de